OPVSCVLVM PRAECLARVM DE

omni Peſtilentia, ſiue ſit ab aere corrupto, ſiue ab aquis putridis, aut à cadaueribus: & de diuturna peſte morbi Gallici, quę nō ceſſabit, donec putredo eiuſdem morbi funditus eradicetur: ad illuſtriſſimum principem & dominum, D. Fredericū Sacri Imperij electorē, ducem Saxoniæ &c. Eximij uiri Ioānis Vochs Coloniēſis, Artium & Medicinæ doctoris accuratiſſimi, Per Dryandrum nouiſſime repurgatum.

Quæ in hoc opuſculo præcipue tractantur, uerſa pagina indicabit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Anno M. D. XXXVII, Menſe Auguſto.

Prima pars huius continet hæc.

Quomodo peſtilentia una differt ab alia Ca.I.
De cauſis peſtilentiæ ca.ij.iij.& iiij.
De pillulis peſtilentialibus & errore ipſaꝝ ca.v.
De tyriaca occulta antiquorum ca.vi.
De tyriaca Andromachi quō inuenta ſit ca.vij.
De errore in adminiſtratione aquæ uitæ ca.viij.
De errore circa aurum potabile ca.ix.
Præſeruatiua peſtilentiæ uirginū & puellaꝝ ca.x.
Præſeruatiua prægnantium ca.xi.
Præſeruatiua pueroꝝ & habentiū uermes ca.xi.
Præſeruatiua pauperum ca.xij.
Præſeruatiua potiora ex illuſtribus ca.xij.
Prçſeruatiua ſpecialia iuxta complexiones ca.xiij.
De regulis & præceptis obſeruandis, & prçcipue in Germania ca.xiij.
De laxatiuis appropriatis Germaniæ
De regimine peſtilentiæ ex parte cibi & potus. ca.xv.

Secunda pars operis continet iſta.

Quibus corporibus pharmacia aut phlebotomia confert ca.i.ij.
Poſt minutionem motus fortis eſt nociuus ca.iij.
De ſignis quibus cognoſcuntur infecti ca.iiij.
De ſignis prognoſticis & morituris ca.v.
Quomodo hæc febris multifarie incipit ca.vi.
De ſynthomatibus huius febris ca.vij.
De quadam precioſa tyriaca, in qua non committitur fraus aut credulitatis error ca.viij.
Quo ingenio medicandi ſunt peſtiferi ca.ix.

Deſyrupis epithimatibus febricitantium ca.x.
De regimine eorum qui ſunt infecti ca.xi.
De regimine eorum qui anthrace aut carbūculo capiuntur ca.xij.

De quibuſdam erroribus medicorum, qui in primo tractatu habentur.

In medicos de lepra & elephantia ca.vij.
In medicos de notha, dictione græca ca.xiiij.
Aſtrologia liberalis diſciplina, notha & mechanica redditur propter abutentes ca.ij.
De nobilibus diſciplinis, quomodo longe excellūt liberales. cap.xiij.ſecundi tractatus
De mechanicis, id eſt, adulterinis, quomodo à ſordidis & illiberalibus differant ca.xiiij.
Propter ignorantiam uocabuli mœchor aris, male ponuntur liberales pro mechanicis ibidem.

De ſecundo tractatu.

In medicos de anthrace & carbunculo ca.xiij.
In medicos de lapide lazuli & armeno ibidem.
In Io. Meſue & lumen apothecariorum de nitro.
In Gentilem de thucia ca.xvij.
In Montagnanam de marchaſita ca.xvij.
In eundem de mandragora ca.xvi.
In empericos & methodicos, De cura tormentaria morbi Gallici. ca.xv.
In medicos de ultramarinis & precioſis. ca.xvij.

Et præclara multa diligẽs lector inueniet in hoc opuſculo, ignota medicis. Addam & præclara de lepra & eius ſpeciebus. Et de tetro morbo Franciæ, quod nunc eſt præ manibus, nec ab aliquo prius eſt attentatum Quo eluceſcet error medicorum de lepra ſcribentium, & de multis alijs ignota medicis, nunc cognita Germanis.

De quodã remedio contra peſtem, quod ouum philoſophorum nonnulli auſi ſunt appellare.

NE in hoc opuſculo obmiſiſſe uideamur errorem qui committitur in peſte, cum ouo illo philoſophorum, prout fatui nominãt. Nunquam enim intellexerunt philoſophum in de regimine principum loquentẽ de ouo. & ſi gallina caperet aues, quomodo potanda eſſet lacte ſoluto? Eſt eſt ouum illud, ouum ſtultorũ, cum ſit compoſitio abſq; ratione & ordine, peccat enim in materia, cum utitur uenenoſis & inflammantibus. peccat in forma, cum comburitur & corrumpitur crocus aut croci forma ante ingreſſum compoſiti. Flores enim adurendo aut nimium coquendo, amittũt uirtutem, ut dicit Galenus Memiri tractatu vi. Croc⁹, inqt, & myrrha & alia multa aromatũ amittunt uirtutem in decoctionibus. Indurans etiam

ouum aſſando cum corticibus, & cõterendo omnia: quæ omnia didicerunt in officina mulierculꝫrum. Apponunt & tyriacam cum bezearticis, ut habeat ſpecimen boni: quarum uirtute ſi releuauit aliquos, ipſa uirtute bezeartica id factum eſt. Ouum autem hoc, uſtum cum perdito croco aduſto, inuenit ſibi auaritia, quæ etiam inuenit naues ad nauigandum. Ita auri ſacra fames inuenit, ut croci precium exaltare poſſet, & omnes ſpecies aromaticas. Inſatiabilis autem fames illorum quos ſcis, & noſtrorum uentilatorum, arbitrio ſuo ſpoliant ſine contradictione Germaniam, nemine cõtradicente. Videant & conſiderent principes Germaniæ, quomodo approbant errorem cui non reſiſtunt: perpendant aliquãdo ſe reddituros rationem de uillicationibus ſuis ſummo patrifamiliâs. His etenim ingeniis & calliditatibus doloſis ſenſim Germania exhauritur: & demum deficiente neruo belli, ſera eſt parſimonia. Sic irrecuperabiliter cadet Germania & tota reſpublica. pupurea, byſſina & coccinea, indumenta, regum ſunt, non ignobilium aut degenerũ. O principes, tempore opportuno occurrite, ne pereat nobilitas cum plebe, ne poſt lapſum incidamus in illud Scipionis: Non putabam.

ILLVSTRI

GENEROSOQVE VIRO, DOMINO Georgio à Seina, ex inclyta & p̄clara comitū à Vittgenſtein familia, Metropolitanæ eccleſiæ Colonienſis Canonico Archigrammateo, diuorum Patrocli apud Suſatū haud ignobile Vueſtphaliæ oppidum, Gereonis ac Apoſtoloꝝ apud Coloniam item urbem Vbiorū famigeratiſſimam, eccleſiarū Archidiacono Præpoſito, domino ſuo q̄ plurimum obſeruando, Dryander medicꝰ & mathematicus

S. D.

NON quod nouum quicquam, & quod ad huius ſeculi aures delicatas faciat, opuſculum de peſte cognoſcenda & arcenda doctoris Vochs, in medium profero. Eſt alius mihi in ea re propoſitus ſcopus: is ſcilicet, ut ſuperiori huic deploratiſſimo ſeculo, cum omnium artium, oēs fermè bonæ literæ peſſum ierant, adeoq; is contaminandi bonas literas morbus, ſa-

luberrimam etiam, omniumque maximè neceſſariam artem medicam afflixit, non defuere tamen uiri, qui rectam ueritatis uel indagandæ, uel etiam uindicandæ ſibi compararunt facultatē, modo per linguarum priori ſeculo denegatam felicitatem, modo per præceptores, qualeſcunq; doctores, licuiſſet. Ex eo itaque genere hominum, quod de poſteris bene mereri ſtuduerit, huius uiri Voſchij, qui in hac ueſtra ditione medicum agens Coloniæ de Peſte conſcripſerat, iniuria temporum reſtare uiderem, minime perire uel diutius deliteſcere, ob id maxime paſſus ſum, quo hodie uideāt noſtri homines, & priori ſeculo nō defuiſſe, qui in re medica ueritati patrocinarentur. Inuehitur hic Voſchius, in ſui ſeculi turpiſſimum quæſtum medicorum, apothecariorum omnium inſatiabilē auaritiam rectiſſime taxat: qui ne ſuo quæſtui quicquam decedat, exotica atq; extramarina remedia, quantūuis magno conuehunt precio, quæ tamen multo ſatius fuerat repudiare, atq; ex noſtra terra prognata ſalubrius expetere, Monet ſubinde principes

atꝙ monarchas, quoꝝ dormitātiam incuſat, quod collapſanti adeoꝗ; pereunti Germaniæ ſubuenire maturo quodam cōſilio minime ſatagant. Quàm miſeris modis Germania exugatur pecunia, demonſtrat, alchimiſtarum impoſturas apertiores facit, atꝙ eius gn̄is plura indicat Voſchius. Verum quod rectius commendare hominis ſtudium queat, eſſe puto, quòd tanto ardore, tam propenſo animo in pauperes, eorum in re medica rationē magnā ubiꝙ habuerit, quibus & ſua, hoc eſt, facilimo ſumptu comparabilia, neꝙ contemnenda tamen, paſſim conſcripſit remedia. Hunc itaꝙ libellum à me utcūꝙ reſtitutum, tuæ humanitati dedicādum duxi, quòd me mira humanitate, candidoꝗ; amore plerunꝙ proſequutus ſis hactenus: id ut porro deinceps facere ne deſiſtas, rogò atꝙ moneo. Vale generoſe atꝙ ornatiſſime Comes.

Dryander medicus atꝙ
mathematicus.

ILLVSTRIS
SIMO PRINCIPI ET DOMINO,

domino Frederico ſacri imperij electori, duci Saxoniæ, lantgrauio Thuringiæ, marchioni Miſnæ, Iohannes Vochs de Colonia, Artium & medicinæ Doctor, fidelitatem & ſubiectionem dicit.

SCRIPTVRVM me princeps illuſtriſſime de morbo inſtanti peſtilentiæ, id me primum ad ſcribendum compulit: error illoꝝ q̃ id auſu quodã temerario aggreſſi ſunt, præſumentes docere quod nec ipſi quidem didicerunt. De qua quidem audacia non ſatis admirari ualeo. Qui in ignoto morbo proni præcipitesq́; ſunt cæca dare remedia, quorum cauſas q̃dem ipſi nunquam olfecerunt. Cura enim cuiuſque morbi, dignotionem & pronoſticationem ſequitur, ut Galenus multis in locis. Tantum enim medicus recte curat, quantum recte cognoſcit. Omnis enim peſtilentia in ſui principio, etiam experto medico ignota, quia dei omnipotentis eſt flagellum, qui dixit: Percutiam te & populum tuum peſte, Exodi v. & Leuitici xxvi. Mittam peſtilentiam in medio ueſtri. Et Numeri xiiij. Et Deuter. xxviij. Quare ſi quis peſtilentiam à peſtilentia in nullo differre æſtimat, credit deum non poſſe flagellare: quoniam ſi omnium una eſſet ratio & cauſa, & per conſequẽs una omnium eſſet cura; iam pueri peſtilentias de-

Diuerſę cauſę diuerſas peſtes generant.

riderent, & curas infallibiles uetulæ & barbitonſores ſcirent, qui uel bolum germanicum in defectu armeni darent, aut tyriacam ex uaſis Samijs, ſi non ex uitreis aut argenteis, propinarent: in cibis acetoſa miniſtrarent, fumigia multa facerent, uſu & exercitatione longa edocti. Sed hæc omnia uana ſunt, licet aliquando caſualiter conferant plus in uno q̄ in alio. Et in una etiam cōtrata & ciuitate quadam, citius & melius operatur remedium unum quàm in alia: quoniam loci particulares ciuitatum & prouinciarum, proprietates habent ex aquis, ex montibus & mineris, & ex uentis illic flantibus, ex planitie, profunditate & altitudine: quare procliues ſunt & diſponuntur inhabitatores ad has & illas ægritudines. Peſtilentias autem licet uiderim multas, & practicauerim fermè ad annos XL, nunquam in his ſingulare remedium inuenire potui, quod omnibus æquè conduceret: quia cuncta dei opera ſunt difficilia, nec poteſt ea homo faciliter explicare.

Alterationes locorum ex adiacentibus fiunt.

Nō datur certum remediū ad omnes peſtes vniuerſaliter.

Quod autem peſtis à peſte differat, his argumentis conſtat: Legimus fuiſſe peſtilentias, in quibus homines in obliuionem tantam ducti ſunt, ut etiam obliuiſcerentur nominis ſui, ſicut recitat Galenus iij. de acciden. & morbo. Et peſtilentias fuiſſe ſcimus, in q̄bus ſolum uenatores & qui magno exercitio utebantur, ſaluabantur. Legimus & fuiſſe peſtilentias, in quibus tantum tyriaca præſeruabat infectos, & nulla alia medicina. Legimus, in quibus bezeartica cum cordialibus commixta, præſeruabant laborantes, ſicut recitat Guido de Cauiliaco, de ægritudinibus pectoris. Quare hodie inoleuit uſus apud medicos, ut Electuariū liberantis, & alia bezeartica cū

Differentias eſſe febrium peſtilentialiū probat.

cordialibus admixta darent, licet non ſemper, imò rarenter conferant: quia ut dictū eſt ſupra, cauſam morbi ignorant. Et habita iam cauſa, adhuc uacillans cura erit propter tempus breue & acutum, medico non præſtans inducias recte operandi. His rationibus ductus, cauſas huius peſtilentiæ de Anno præſenti Milleſimo quingenteſimo ſeptimo, unà cum eius præſeruatione & cura ponam, & ſecundū ordinem proſequar cum quibuſdam dubijs & digreſſionibus annexis, quę etiā medicis ignota ſunt, & propter incuriam & negligentiam obmiſſa. Has igitur lucubrationes meas tibi illuſtriſſimo principi & domino meo Frederico dicatas mitto, nō phaleratis aut fucatis uerbis, ſed ieiunis & ſine aliquo ornatu dicendi copia. Nequit enim ſatis expoliri quod nimium acceleratur. Non huiuſmodi mitto in præiudicium perdocti & illuſtris domini Martini Mellerſtat, in theorica medicinæ uiri excellentiſſimi, ſed potius ut uir tātus à me diſcuſſa et agitata examinet: examinata, qd nobiliſſimo principi noſtro conducat. Te aūt elegi unicū aſylum uirorū ſtudioſorū, ut tanto principi dicata oratio, in auribus multorū reſplendeat. Nemo em̃ inter principes Germaniæ, ut pace aliorū dixerim, te bonis artib⁹ antecellit: nemo eſt, q tot tantiſq; naturæ dotibus uirtutibuſq; innumeris decoretur. Nec enim rabidus furor occidendi te illuſtriorem, ſed ſumma beneuolentia nobilitatem concomitans, te clariorem reddiderunt: nec pompa aut cupido dominandi, ſed deſiderium multa cognoſcendi: et qui tincto polles ingenio, iure illuſtriſſimus dici uales. O ter quaterq; beati ſubditi, qui ſubiecti tanto principi, ſalute, pace

Argumētū libri.

Martinus Mellerſtat doct. medicus.

Commendatio principis electoris a virtutibus

& felici uita ducitis dies ueſtros. Nō enim mihi data eſt tanta dicendi facultas, nec breuitas temporis admittit, ut ampliſſimas omnes tuas uirtutes breui procemio poſſim complecti. Summa igitur beneuolentia tua grato animo ſuſcipiat has meas lucubratiunculas, in quibus diſcutiuntur priorum placita, & caſtigantur errata, quos etiam doctos inſcia turba exiſtimat. Nolo etiam morderi ab inuidis & detractorib⁹, qui de grammatica & latinitate ſua (lingua uerius Gothica) certant, ſi uel celeritate relatiuum non concordat cum ſuo antecedente. Sæpius etiam

Nota. ſi inſolitum eloquium emittam, dum aliud cogito, & è ueſtigio alia ſubſequuntur, prout in buccam ſe fert oratio. grammatica eñ medicinæ ſubiecta eſt, & non econuerſo. Nec lumina noſtra his ineptijs uſi ſunt, qui uel Græca uel Arabica lingua illuſtriſſimi habiti ſunt. breuitas etiam temporis, emendationis moram nō præſtat, quin celeriter typis & impreſſoribus incaſtigata miſimus. Sæpe aliq̄d uerbū cupiēs mutare, relinq̄. Iudiciū uires deſtituuntq́ meum. Sæpe piget, q̄d eñ dubitē tibi uera fateri? Corrigere, & lōgi ferre laboris onus. Caſtiget ex his medicus & doctor egregius tū⁹ caſtigāda, ſupflua reſecet, & diminuta ſuppleat. Hac enim uia gradiemur ſimul in domum principis cum conſenſu, ne differ ſio noſtra illuſtriſſimo principi noſtro noceat, & ſaluti publicæ detrimentum afferat. Nihil enim his ſcriptis meis efficere cupio, niſi errorem ſcribentium de re iſta, deprehendere uolo. Qui aggerant & cumulant receptam ſupra receptam, & diſputant de re ignota, ſicut cæci de colore: & procedunt ſine cognitione cauſæ ad practicam, ſicut aſinus ad cœ-

nam, & ſicut carens potentia, ad obiectum potentiæ. Impoſſibile eſt enim, ex ignotis peruenire ad nota. Nec eſt poſſibile, remoueri ægritudinem remanente adhuc cauſa faciente eam. Quare ad peſtilentiæ huius anni cauſam nunc properemus.

CAP. I. de cauſa primitiua peſtilentiæ.

IN Geneſi legimus: Vidẽs deus quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra, quare dixit, Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt: eruntq́ dies illius, centum uiginti annorum. En propter peccata abbreuiati ſunt dies hominis, ſiue referre uelis tempus hoc ad pœnitẽtiam, ſiue ad ætatẽ hominis, non refert. Ego ad tempus uitæ hominis refero, etiam ſi aliqui hunc numerum ætate ſua exceſſerint, nihil obſtat, nec præſentis eſt ſpeculationis. Sufficit demonſtraſſe, peccatum eſſe principium irritandi creatorem. Qui propter peccatum trãſgreſſionis protoplaſti creamur filij iræ: quare & caro moritur, & incineratur. Maledictiones uiri, mulieris, ſerpentis & terræ, ſubſequuntur & ex peccatis ſunt. Deus autem huic peccato obuiare uolens, cum angelus ſuperbiæ caderet præſumptione, hominem de limo terræ formauit, ut ſaltem originis ſuæ memoriam haberet, ipſum hominẽ de uiliſſimo luto formauit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: quod quidem humanus intellectus uix capere poteſt, ut lutum ſitic lutcũ uas deferri debeat & perpetuari poſſit cum

Gene. 6.

Propter peccã breuiores ſunt dies viuendi.

Iſaię. 14.

Gene. 2.

imagine æternitatis dei. Aeternitas enim dei, hominis eſt imago & ſimilitudo. hoc enim habet homo de humo & lutum illud deforme, ut ſit æternum et immortale, qui creatus eſt in angeli ſuperbiæ locũ, licet propter peccatum partim incineratur & humiliatur, qui ſimilis uoluit eſſe dijs, partim reſeruatur interior ille homo. Quia opera dei perfecta ſunt, nec iterantur aut deſtruuntur, licet permutentur. Quare poſt tantum facinus Adæ & primorum parentum, uoluit humiliare hominem, multisq; defectibus & ærumnis impleuit eum. Concipitur homo ut brutum, educitur in peccatis in lucem, flendo naſcit, manibus pedibusq; deuinctis: obſtetrice eget miſeria hominis, cætera uero animãtia ſuapte natura nati nouiter incedunt. Nulli animãtium tanta imbecillitas ortus, nulli uita fragilior: uni huic animãtium luctus eſt datus. Mulierem autem multipliciter humiliauit animal ſuperbum, quæ ſolo extinctarum lucernarum odore abortit. Solum animal menſtruale mulier, quo profluuio nihil uilius, nihil abiectius, quo toxico uix aliquid ſimile. Multa & infinita mala à ſe gignit mulier ſuperbum animal, quod dijs ſimile eſſe uoluit. nonnunquam informem carnem cõcipit, quod à medicis mola appellatur: ſæpe ranas, ſerpentes, & alia uenenoſa parturit. Solus homo poſt longum & diuturnum tempus greſſum capit, & poſt tempus longum ſermone utitur: uſu & exercitatione diſcit, donec comedat ſucceſſu temporis de ligno ſcientiæ boni & mali. Fame moreretur homo, niſi cibaria ad os genitiadmouerentur. Infantiæ anni, ſenſu rationis carẽt. Senecta eius grũnis plena eſt, et ut ſatyricus ille:

Hominis imbecillitas varia.

Mulieris ærumnæ.

Sed quàm continuis, & quantis longa ſenectus
Plena malis? Iuuenalis

Tot morbi, tot curæ, tot moleſtiæ, nunc caumatis, nunc frigoris, die à muſcis, noctu à pulicibus molestatur. Nihil conſtans, nihil tutum, nihil diuturnum eſt homini. Heu dementia noſtra. Quid ſuperbimus? Quid fortunę bonis extollimur? Quid corporis uiribus & ætati fidimus? Quid ſenectam nobis diuturnam promittimus, cum ipſa mors ubiq; etiã in lectulo nos agitat? Et ipſe paterfamiliâs de uillicatione noſtra rationẽ, hora qua non ſperabimus, repoſcet. Abigite igitur pompas ueſtras ô miſeri, purpura, byſſum & coccum, indumenta regũ ſunt. Sed quia Germania lege caret, omnia iſta confuſa ſunt & ſine ordine. Iam ruſticus tẽpora purpureis tentat uelare tiaris. Ignobilis ciuis & inferioris ſortis homo, ſerico intextus graditur, comitatus uno uel duobus, ubi ueſtis tanta magnum apparatum clientulorum exigeret. Sed reuera inceſſus & indumentum hominẽ iudicant. Nec enim pauo aut ſtellio tot coloribus depingitur, quot hominis nũc diſcolor ueſtis: quod quondam fiſtulatores & abiecti deferebant, nunc ciuitatum rectores in ueſtitu futili & ſtulto non erubeſcunt. Reſipiſcite miſeri, ſunt qui cenſores ſunt morum ueſtrorum, & à quibus deridemini. Sed hæc de pompa. De iuſtitia Germanorum nunc nobis ſermo eſt. O pauper, dic mihi, quo indice cõuenies principẽ, comitem, aut baronem, aut quod minus eſt, armigerum nomine ſtrenuum? Sunt apud principem qui illi fauent, & tu foras ibis. Nihil ei de eccleſiaſticis cenſuris. Quid igitur facies? Reſpondebis, aut apud Romanorum

Luc. 12.

Germaniæ luxus taxatur.

Arrige aures pam.

Iuſtitia Germaniæ qualis.

regem, aut apud ſedem apoſtolicam iuſtitia mihi non denegabitur. Sed denegatis expenſis & ſumptibus, quid faciet? Si uim ui repellere uoluerit, & uitam ad ſortem ponere, nonne uitam unà cum ſubſtantia nonnunquam perdet? Reuera longe præclarior iuſtitia eſt apud Turcas, quàm apud Almanos, Et longe Francia antecedit nos iudicio in ſuo parlamēto. Quid ipſæ leges noſtræ cauterizatæ & condemnatæ, quæ libertatem oppugnant, & auferunt ab orphanis, uiduis & pauperibus, quod ipſi multis periculis quæſierunt? An in catalogo ſanctorum reponi debeat legis cōditor. S. quæ lex in mortibus ſemper fauet ſuperioribus aut principibus ſub quibus degunt? Sed lex ipſa nutat ne loquar. nullus enim iuſtitiæ locus eſt apud nos, niſi quemadmodum ille Anacharſis qui leges aranearum telis comparabat. nam in debilib⁹ & miſeris uires ſuas oſtentat. & iuxta uatis præconium,

Mirum.

Non metuens leges, ſed cedit uiribus æquum,
Victaq; pugnaci iura ſub enſe iacent.

Eccleſiaſtica autem cenſura multos fouet qui non ingrediuntur, & alios non ſinunt ingredi. Sunt qui archidiaconatus habent, non in emendationē ſubditorum, ſed in ſpem multorum exceſſuum. Qui lites cauſasq; litium à ſepibus (ut dici ſolet) decidunt. Sigilla uendunt maiori precio quo poſſunt, comiſſario alicui apto qui extorquere ualeat à miſeris. Qui famelici, omni ingenio quo poſſunt extirpant (ut dicunt) pecuniam à barbaris. Mēdacia fingunt quàm plurima, adulteria, fornicationes & rixas in ſubditos confingunt. quibus uitijs ipſe plenus eſt, ut ipſius utar uerbis qui dixit:

In corruptos iudicēs inuehitur.

-monſtrum nulla uirtute redemptum
A uitijs,æger,ſolaq́; libidine fortis.
Sed quid quæſo de uita & honeſtate clericorum? quæ electio in militibus CHRISTI, qui ſcandalizant puſillos,& abducunt peruerſis ſuis moribus in gehennam?De comparatione beneficiorum,de plu ralitate eorum caueat ſibi clericus, ne ſpinæ tantæ ſuffocent.Nemo ſibi blandiatur, ſed potius uox illa de cælo tonantis hos terreat,quæ audita eſt dum Conſtantinus imperator ditaret eccleſiam: Hodie (uox inquit)uenenum ſpargitur per eccleſiam. Verus ſermo illius qui dixit: Diues om̃is aut iniquus, aut iniqui hæres. Vbicunque autem terra legitur,& habitator terræ,priora & media & extrema tractemus, & liquido ſcripturarum regula poterit comprobari, ſemper habitatores terræ peccatores appellari,de quibus in Apocalypſi: Væ habitatoribus terræ.Nunc uero clerus ardet auaritia,& contra pe cunias diſputans auro ſinum expandit,nihilq́; eis ſa tis eſt.& illud quod de Megarenſibus dicit,iure miſeris clericis coaptari poteſt:Aedificant quaſi ſemper uicturi,uiuunt quaſi altera die morituri.Gloria epiſcopi eſt,pauperum opibus prouidere.Ignominia omnium ſacerdotum eſt, proprijs ſtudere diuitijs.Hieronymus ad Nepotianum de uita clericorum:Sed quid de fornicatiõe cleri, qui ad inſtar for nicantis Iſrael diuaricat pedes ſuos? Adulteriũ apud clerum pro gloria computatur.Vbi nunc lex Iulia? dormis?O patientiſſime deus,clerum & ſal terræ p fice,ne ſalita putreſcant. Lectio ſcripturarum, gloria cleri eſt: quam qui abijcit aut negligit, in uitijs permanebit.

Verba ſigunt motuo.

Hieronymus.

Apoca. 6

Hieronymus

Nunc de homicidijs parum. A tempore Frederici imparoris, & Karoli ducis Burgundiæ, quot martyrizati inter Chriſtianos, quorum nomina non celebrat eccleſia? O furor ille Martialis non in Turcas aut crucis Chriſti inimicos, ſed in Chriſtianos, non iure quartadecima perſecutio Chriſtianorū dici poteſt? Brabātia, Gelria, cæteræq; nationes baſſæ Germaniæ, Rheneñ, Heluetij, Dithmartia, Friſia, et nunc ſtagnales ciuitates, nō ab infidelibus, ſed heu à Chriſtianis principibus depopulātur & trucidantur. Sed profecto nulla cauſa potior q̄ ſupbia ciuium, qui cum ciues eſſe deberent, habitu principes uolunt uideri. Deos Aegyptiorum colimus, Iouem & Saturnum, mutiſq; creaturis principatum & do-
Pſalm. 13. minium præſtamus. Nemo eſt qui phitonicos aut ſortilegas perſequitur, quare contritio ſemper & infelicitas in uijs noſtris. Iuramenta non ponderantur, ſabbata in tabernis ſanctificantur, & peccata
Iſaie. 1. ſuper peccata adijcimus. Quare dicit nobis deus: Super quo percutiam uos ultra, addentes præuaricationem? Nihil eſt quod deo magnis diſplicet, quàm diffidentię peccatum, & recedere ab ipſo creatore omnium, & diuinationibus aurem præſtare. Nihil eſt quod deo magis diſplicet, quàm ſuperbię peccatum. Quare humiliauit nos deus morbo illo Franciæ, morbo iſto deſpecto, & dies noſtros iterum abbreuiauit hoc morbo, & peſtilentias immittit cæcas: & reuera peribūt ſubitaneè homines, niſi conuerſi fuerint ab iniquitate: quia manus domini extēta in filios rebellionis & ſuperbiæ, quia corrupta eſt uia uniuerſæ carnis.

Cap. II. De cauſa primitiua ſtellarum.

NOn dubito illuſtris princeps, quin Aegyptij
& diuinatores expectabunt, cui uim uirtu-
temq́ ſuperiorum traditurus ſim præſentis
mortalitatis. Ipſi enim primitiuam cauſam ponūt
in coniunctione aut quadam triplicitate ſuperiorū
planetarum, Saturni & Iouis, aut Martis & Iouis.
& potiſſime, ſi talis aſpectus fiat in ſigno calido &
humido. Et mouentur ipſi rationibus, quia indies
effectus in his inferioribus ex conſtellationibus ui-
dentur. Videmus enim magnetem trahi à polo ar- Lunę manifeſtę impreſſione in inferiora.
ctico: uidemus fluxum & refluxum maris fore ab
ortu lunæ, & cum peruenit luna ad medium cæli,
incipit deſcendere &c. Videmus etiam omne humi
dum augeri in augmēto lunæ, aquam, cerebrum et
medullas: decreſcente uero, decreſcere. Hinc ſereni
tates, pluuiæ, uentus, nubes & aliæ impreſſiones ae
ris deriuātur, prout diſciplina aſtrologica quotidie,
licet incertè, prognoſticat. Vides mutationes ægro
tantium in interlunio & mutatione lunæ, criſes &
morbos qui creticè mouētur, terminari ſecundum
curſum lunæ. propter quod Tacuinus in principio Tacuinus
libri diætarū: Homo, inquit, aſſimilatur in pluribus
diſpoſitionibus lunæ. Quæ oīa nullus cōpos men-
tis negare poteſt. Sed reuera oportet admirari in ſa
pientia creatoris, & aliqd de materia iſta libet com
memorare. De quo abunde in lib. de erroribus me
dicorū, digreſſionē feci. Ariſtoteles autē lib. de cæ.
& mūdo, multis argumētis probat cælū nō habere
quidquā ex his pegrinis impreſſionibus quæ in ele
mētis. Et pbat ibi nō eſſe graue aut leue, ppter ſal-
uare pperuitatē motus cæli. Coactus eſt etiā multa
talia ponere, Nos ab eodē quęreremus, quō idē ſal

uaret perpetuum motum Nili, Rheni, Danubij, cæterorumq; elemẽtarium fluminum. quid illos mouet? & quomodo ad mare influunt, & mare non redundat? Niſi & rector ille qui dominiũ cæli & mundi gerit, concluſiſſet mare, de quo ſcriptura dicit: Concluſi mare portis, & dixi, hucuſq; uenies, & in te comminuentur fluctus tui. Videmus & nos, per ſpecula comburentia, ſtupam incendi & chartas. uidi & ego, à ſole educi ignem ab urinali pleno aqua, in puncto quodam parum diſtante ab urinali per radios ſolares lineæ perpẽdicularis; quod nullo modo fieret, niſi corpora illa haberent aliquid elementi, aut aliquid quod aſſimilaretur elementis, ſicut lapis molaris & tophus & lapis pyrites, cum ſapphiro, ſmaragdo & hyacintho, conuenientias & conformitates habent in ſpecie lapidum, ſed puritate materiæ longè diſtant. Ita puritas magna & maior eſt in ſuperioribus, conformitates tamen habent cum iſtis elementis inferioribus, & quę uicinant elemẽtis: quare mota, mouẽt & elementa, & elemẽtata. Elementis enim manentibus ſecundum diſpoſitionem ſuã, nihil generatur ex eis, ut recitat Philoſophus in multis. Cauſa igitur generationis & corruptionis, eſt per motum elementorum & quæ uicinantur eis, & non per ſtellas erraticas ſiue per ſigna fixa, quæ certo tempore oriuntur, & certo tempore occultãtur: cũ omnia talia ſint entia muta ſine motu proprio, ſed mouentur in ſphæris ſuis. non igitur regunt aut dominium habent, præcipue ſuper liberum arbitrium. regit quidem ipſe, non regitur, & habet potius quàm habet. Non ad illum ſi ægrotat, manus ualet peruenire medicorum; non herba-

Iob 38.

Mirũ qd.

Generatiõis & corruptionis cauſe

rum ſuccis, ſi deficit, reparatur. Quomodo igitur ad illum aſtrologus præſumit aſcendere, quem deus non habet nec habere poteſt? Iudæi, inquiunt, hoc anno hoc & hoc attentare præſumunt. De qua dementia ſacrarum literarum interpretes abunde dixerunt. Aſtrologus autem de mutatione aeris, de ſerenitate aut pluuia, quadam coniectura cõfuſa coniecturare poteſt: certitudinaliter autem & ſecundum ueritatem puncti, nunquam: quia ad pauca reſpicientes, de facili fallaciter enunciant. Ratione autem diuerſitatis ortus & occaſus ſignorum regionis, & propter uariationem circuli horizontis in relatione ad centrum loci generationis rerum, nõ poteſt etiam minima determinare de aere. Et quia nõ poteſt minora ſine ſcrupulo erroris, quomodo poterit maiora, quæ ſunt de cariſtia, annona, ægritudinibus, pace, bello, ſtatu regnorum? Contra quos ſacræ literæ aperte fulminant. Faxit deus ne malitia diffidentiæ noſtræ, qui Chriſtiani eſſe uolumus, dijs Aegyptiorum ipſum irritemus.

Quatenus aſtrologis futura prædicere liceat. ꝫ aſtrologos.

Non graditur peſtilentia iſta ultra diffidentiæ filios, qui iſtos diuinatores imitati ſunt, & crediderunt practicis & dijs eorum. Noſtra ciuitas, legitima peſtilentia laborauit ante luſtrum, quæ diuinatores nõ admittit. Saxonia, Thuringia, Miſna, Franconia, cæteræq; nationes quæ coluerunt Aegyptiorum deos, cæca quadam & notha peſtilentia depopulãtur. uideant rectores & ſpeculatores quos deus poſuit. Inſurgent contra me diuinatores, dicentes: Si aſtrologiam ab artibus tollis, ſex duntaxat liberales ponis. Videant ipſi ne liberalem & nobiliſſimam illam diſciplinam cum illiberalibus &

Aſtrologia quō efficiatur ars illiberalis. nothis diſciplinis commiſceant, & ueritas quæ de libera naſci deberet, ab ancilla & adultera naſcatur. Nam ſi cum aſtrolabio detegis res occultas aut furtum, partus adulterinus eſt. Si in cogendis ſpiritibus malignis cupis adiuuari à Saturno & Marte, nothus eſt partus tuus. Si in amore alicuius mulieris imaginem fabrices aſcendente horoſcopo tertia facie Tauri aut Gemini in ære optimo, ſubhumando aut fumigando imaginē odoriferis, ab ipſo deo uiuente recedis. Hæc & alia multa interſeris, & commiſces cum nobiliſſima diſciplina aſtrologia: quæ non ſunt orta de libera, ſed de ancilla, & ſunt à Christiano homine uitanda. Sicuti & futura non ſunt aliquo modo prognoſticāda, niſi uniuerſitatibus & principibus magnis ſunt talia occulte tradenda, & non uulgo, propter cauſas quas modo taceo. Ipſi autem domini & rectores ſi hos admittūt, deo

Nota. odibiles reddūtur: nunquam diſcedet flagellum ab eis, ſed depauperantur, & infelicitas in uijs eorum

Iſaię. 41. erit. Quorum conſilia deridens deus, ait: Suſcitaui

Sapi. 9. ab aquilone, & ueniet ab ortu ſolis. Et ſapiens: Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Et difficile ęſtimamus quę in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore:

Iſaię. 47. quæ in cælis ſunt autem, quis inueſtigabit? & iterū: Sta cum incantatoribus tuis, defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum. Exorbitant igitur aſtrologi, & alios exorbitare faciunt, & diffidentiæ filios nutriunt. Deus omnipotens, rector omnium & motor uniuerſorum, ob id amplius nō inuocatur. Gradimur ſicut gentes quæ non nouerunt deum. quare primitiua cauſa huius cęcæ & ambiguæ mor

talitatis eſt à ſtellis,quia creaturā præponimus creatori. Auferatur à nobis diffidentiæ peccatum. Humiliemus nos ſub potēti manu dei,feramus lanam & ueſtimenta patrum noſtrorum, inuocemus patrem omnium:ſcio ego,nō diffido:mutabit ipſe nobiſcum ſententiam,ſicut cum Niniuitis. Et tantum de ſtellis.

1.Petri.5.

Jone.4.

CAP. III. de cauſa primitiua,quantum ſpectat ad medicum.

PArens omnium Hippocrates Galenus fidelis interpres, Raſis ille Pœnus, Auicēna princeps Arabum, Conſtantinus, Haly, Iſaac, & cuncti illuſtres,ultra aerem non poſuerunt cauſam aliquam de primitiuis. Lege Galenum de cauſis procatarticis,& conſidera literas omnes,ſi quid oppoſitū inuenies quod opinioni tuæ aſtipuletur. Nam ſi in eo libro non inuenies ultra aerem,quid* tatas aut palpitas in meridie? Idem ſuper illa particula ꝓgnoſticorū: Eſt enim quoddam cæleſte,inquit. Audacter dico & non temere,quod Hippocrates nihil intellexit per rem illam cæleſtē, niſi aerem nos continentem.& multis rationibus dictum ſuum approbat. Quid ergo dicet nobis futilis aſtrologus? num uidit in uiſione ſua melancholica librum aliquem Hippocratis differētis oppoſitū? & q̄d Galenus grȩcus medicoꝝ princeps nō uidit in Grȩcia, hoc aſtrologus noſter inuenit in Dacia aut Saxonia,ubi medicoꝝ illuſtriū fuit copia? rota retrograda, ſicut recitat Cōſiliator differētia clxvij. Allegabit mihi medic⁹,uelit nolit. Aſtrologiā non ignorabit. Mihi dic

Diuinū apud Hipp. quid ſignificet.

quæſo, quã aſtrologiã putas ſuperiorẽ uel inferiorẽ. Si ſupiorem dicis, in deuio es: qa nec medicinam unà cum aſtrologia tua poſſidebis. Si inferiorem, iam concluſa eſt tibi uia: nec eam aſſequeris, donec ſol & luna in uno redigantur corpore. Sed ſcio, allegabis mihi illud Galeni iij. de creticis, ubi dicit: Redeo ad rem quæ non perijt, & eſt res quam inuenerunt aſtrologi Aegyptij. Et eſt, quòd luna ſignificat ſuper dies, qualiter erit diſpoſitio hominis in eius ægritudine & ſanitate: quod eſt, quia ſi applicentur lunæ quædã ſtellæ æquales ex erraticis, & ſunt illæ quæ nominantur fortunatæ, erunt illi dies hominis conuenientes, & econtra &c. Et ſi tu conſideras dicta Galeni, nõ probat aut inducit nos ad aſtrologiam, ſed ironice exemplificat cum experimentis Aegyptiorum, ſicut exemplificat Hippocrates & ipſe Galenus primo regiminis acutorum de arte augurandi. Nam aues quas uiderint in ſiniſtram partem uolare, malum: quas uero in dextram, bonum præſagium indicant augures. Nam ſi dicta Galeni attendis iij. de cre. cõtrariantur opinionibus aſtrologiæ, ubi dicit: Veruntamen philoſophi, nedum aſtronomi, conueniunt ſuper hoc, quòd regimen huiuſmodi & ordo eſt per ſtellas. Oportet ergo ut non recipiatur deſipientia eius, qui deſipit in hoc capitulo: neque cogatur, qui refugit ab ea, conſiderare in ipſa. Materia autem multa uel modica, benigna uel maligna uirtus, & debilitas uirtutis, ſunt ex his q̃ bene uel male terminant morbũ, & non ſtellæ. uirtus enim eſt quæ facit criſim in ægritudinibus. & non fit criſis in hora ſua, niſi quando humores qui ſunt in corpore, iam ſunt maturi, iij. de dieb.

Galenus.

eret.cap.viij. Nã ſi ſtellæ fortunatæ bene terminarent, in cunctis peſtilentijs & furioſis morbis duraret & ſtaret ille malus influxus. Carbunculi etiam Franciæ diutius durantes, malam habent conſtellationem ſecundum illos: ſecundum me autem, habent colloſam & bituminoſam materiam: quare cum difficultate eradicantur, niſi medicus fuerit ingenioſus. Sed his miſſis phantaſijs, ad rem neceſſariam properemus. Satis cõſtat, quod omnis forma educit de potentia ſuæ materiæ, & non alterius. Et carentia materiæ, eſt cauſa potiſſima ut non generetur res, licet agens ſit uigoroſum. Et ſi materia fuerit inobediens & indiſpoſita, impeditur motus ad formam. Formæ igitur ægritudinum non ſunt à cęleſti influxu ſimpliciter, ſed à materia diſpoſita tali. Materia autem qua conſtat corpus humanum, uegetatur & nutritur, ſunt humores ſpiritus. Humores autem alimento congruo generãtur & augmentantur. Spiritus ab humoribus & à ſanguine educitur, ab aere puro euẽtatur & depuratur. Non enim à ſtellis uegetatur aut cõſeruatur animal, ſed ab alimẽto. Tam diu enim uiuimus, quàm diu nutrimur. Oportet enim omnis primitiua cauſa peſtilẽtiæ ſit ab aere corrupto, uel ab aqua, aut ab alimento corrupto, aut ab his qui ſpiritum & humores in putredinem conuertunt: ſicut fœtor, cadauera corrupta, aut aqua corrupta, & timor, & imaginatio fortis corrumpens humores & ſanguinem. Quæcunque enim ex ſui natura ad generationem eius conferũt, hæc cauſas uocant omnes homines, ut Galenus in lib. de cauſis procatar. Cauſę pro- pinquę q alterant corpora.

His præſuppoſitis, quærĩt quæ ſit primitiua cau-

ſa inſtantis morbi,qui eſt Anno domini 1 5 6.85 7.
Dico quod nõ eſt ex corruptione aeris aliquo mo-
do.Nos,inquit Galenus,inuenimus omnium ægri-
tudinum,quæ ex mutatiõe aëris acciderunt in æſta-
te aut in autũno,multoties fieri criſim uno modo.
ij. de diebus creti.cap.vi. Satis etiam fuit euectatus
ęſtus præcedens, & ſatis rectificatus per coruſcatio
nes & fulmina plurima. quare nec peſtilētia iſta cir-
cuit more mortalitatis ſuperiorum , ſed quadã diſ-
poſitione corporum graditur de homine ad homi
nem. Et ita fermè cuncti homines ſunt diſpoſiti, ut
uix de ſalute hominis ſit ſpes, manente cauſa huius
peſtis: niſi ille reuocauerit, qui ſolus ſanat, benedi-
ctus in ſecula: Amē. Sed unde diſpoſitio homini cõ-
tingat,non inutiliter quæri poſſet. Dico quod inun
dantia aquarum hoc anno & ſuperioribus tribus
annis facta, naturam & eſſentiam aquæ intoxica-
uit & corrupit adeo, ut & ſemina illa humectata,
perniciosa ſint. Nec ſolum ſemina, uerum fructus,
radices, animalia & omnia in terris degentia, ſunt
corrupta per eam: præcipue autem animalia gulo-
ſa, luto & cœno uiuentia, ob id peſtifera ſunt. Aqua
enim ſi exhuberat, ſubtiliores partes terrę ſecum eli
quat: & colatur aqua per terram, ſicut lixiuium per
cineres. Nemo enim bona uel aduerſa ualetudi-
ne diutinè ſtabit ſine bonitate aquæ. Nam panis pi
ſtus aqua mala, inobediens digeſtioni reddit. Quid
igitur de reliqua coquina æſtimari licet? Quapro-
pter non ſolum mortalitas in hominibus, uerum
etiam in cæteris animantibus uereri oportet. Nam
ſi inſpexeris animantium uiſcera & exta, nil niſi ma
lum diuinarę poteris. De hac igitur inundatione ce

leberrimus poeta noſter Hermannus Buſchius tetraſtichon egregium conflauit:

Si miſeras unquam turbarunt ſidera terras,
Diluuium trepidi ſi timuere uiri:
Iam nimium grauidas exhaurit aquarius urnas,
Et furit ex toto noxia ſtilla polo.

CAP. IIII. de cauſa antecedente & coniuncta huius morbi.

STimulat nos breuitas temporis, & ægritudinis malitia nemini inducias præſtans, ut pergamus ad reliqua. Licet ex præmiſſis medico experto pateat, quid morbus inſtans habeat cauſæ antecedentis & coniunctæ, nihilominus commemorare oportet hic aliquid propter tardos & obtuſos auditores, cum ſint aliqui ita plumbei, ut etiam ex ſe nihil elicere poſſint. Hos quidem Galenus princeps ad fabriles artes remittit. Tales ſibi ſapientiam adimunt, quia inuentis uti tantum poſſunt. Horum infinitus eſt numerus, nec tales apti ad philoſophiam aut ad medicinam, ſed numerum complent uirorum doctarum frontium apud uulgum. Nihil autem ita pernicioſum in diſciplinis, præcipue in medicinis, quæ de ſalute hominis tractat, ſicuti mens ſtulta literis imbuta. Præclare igitur Anneus Seneca: literæ, inquit, in animo inſipienti ſunt tanq̃ baculus infirmanti &c̃. Hi tales, obtrectatores ſunt uirorũ ſtudioſorum: & id q̃d arte nequeũt, habitu ſplẽdido & quodam apparatu Theſſali uiliſſimi lanipeſſores apud uulgũ uideri uolũt. Sed de his hactenus. Cauſa

antecedens huius inſtantis morbi, uiſcoſitatis & limoſitatis materiam habet: & partem habet de materia morbi Gallici, quem carbunculum Franciæ appellare conſueui. Huius enim Gallici morbi primitiuam cauſam poſui in frumentis & terræ naſcentibus, cum fermè ante hũc morbum, per luſtrum uel plus, meſſes erant pluuioſæ: quare frumenta inficiebantur, & excreſcebant in horreis, & panes piſtabantur uiſcoſiſſime. Nutrimẽtum enim panis cum non digeritur, eſt malum. nutrimentum autem carnis cum nõ digeritur, eſt minus hoc, quarta ſen primi, & Galenus libro primo de alimento. Alimentum igitur ex hoc pane, chilum crudum fecit, & unà cum ſanguine in totum corpus tranſitum fecit, ſicut per longum de hoc morbo diſſerui. Digeſtio autem prima, chilum crudum ex parte materiæ fecit: quare uirtus ſanguifica hepatis, defectus ſtomachi imperfectos linquens, unà cum ſanguine indigeſta miſit in habitum totius corporis. Natura autem ſe exonerare cupiens ill[illegible] colloſo humore, in quadam ſaniem ſalſuginoſam diuturno & lõgo tempore putrefecit. Nõ enim aptus fuit humor per unum apoſtema aut duo terminari, quia diſſeminatus fuit humor per omnia uaſa: cuius cruditas & tarditas per cutem nequiuerat expelli, niſi aliquo modo putrefactus, drymica & acuta natura ſua expelleretur in puſtulas difformes. Et hæc eſt primitiua cauſa carbunculorum Franciæ, quæ nec ceſſabit hodie, nec terminabitur in multis, niſi ille terminauerit, qui ſolus ſanat morbos benedictus in ſecula: Amen. Et ſicut humor ille propter conformitatem phlegmatus recipiebatur à natura, & cum ſanguine amicabi-

Principiũ morbi Gallici quod.

liter cominiſcebatur: ita humor iſte inſtantis mortalitatis, non adeo ſolidus aut dulcis, quare nec idoneus commiſceri ſanguini, ſed aptus putredini, putrefit non ſolum in nutritiuis, ſed & in ſpiritualib⁹. Et ita mors in aliquibus feſtinat, ſi talis putrefactio cordi uicina eſt: in aliquibus tardatur, inquantum longe diſtat à ſpiritualibus. Sed ne mordear ab inuidis & ignorantibus, qui dicere poſſent: Quam ſymboleitatem habent febres peſtilentiales & carbunculi Franciæ? hæc inter acutas acutiſſima, & breuis terminationis, ſiue ad uitam, ſiue ad mortem: alia inter chronicas longiſſima, nec perfecte eradicatur, niſi acutum habuerit præceptorem. In his em̃ morbis nulla eſt ſymboleitas. His ſophiſtis licet obuiare poſſem infinitis rationibus, breuitas tamen temporis nõ admittit omniũ inſolentias extirpare. Sed audi, quæſo, Galenum principem primo de differẽtijs febrium: Acris, inquit, & mordax effluit ſuperfluitas his, qui aut natura ſunt cacochimiores, aut cibaria mala intulerũt, aut multoties indigeſtionem paſſi ſunt, & maxime in talibus cibarijs, uel ſi turbidam & lutoſam, uel cœnoſam, uel limoſam, uel gurgitis, uel piſcinæ, uel ſtagni, uel qualitercunq; corruptam ſeu putridam aquã biberint. Similiter autem ſicca laborantibus uel uigilantibus &c̃. Vide & lege eundem ad longum. Et poſt enumeratis cibariis malis, ſubdit: Talia igitur cibaria deniq; & nũc coacti comedere multi propter famem, hi quidẽ mortui ſunt à putridis & peſtilentioſis febribus, alij uero à puſtulis poſſeſſi ſunt ſcabioſis & leproſis. Hæc ille primo de differentijs fe. cap. iij. circa medium. lege ſophiſta. Vide eundem de euchimia & caco-

Queſtiõis ſolutio.

chimia ad longum. pauca uerba eius ponam ad formam. poſt principium ſic inquit: Quidam uero eorum creticati fuerũt cum ſudoribus, & his fœtidis, aut abſceſſibus putridoſis. Quibus autem nihil horum factum eſt, omnes mortui ſunt: alius cum manifeſto phlegmone unius alicuius uiſcerum, alius propter magnitudinem & malam morigerationem febrium. Lege idem, ſi ſcis legere: quoniam innatam fatuitatem multorum paruus hic liber non poteſt eradicare.

CAP. V. & eſt digreſſio una notatu digna, An pillulæ peſtilentiales conducant in hac peſte.

TRadidimus præcedenti ſermone cauſam peſtilentiæ huius. Conſentaneum eſt ponere præſeruatiua, & ea quæ ad curam ſpectant. Quia autem pillulæ peſtilentiales Ruffi comedantur ab illuſtribus in præſeruatione peſtilentiæ, cum Ruffus neminem uidit mori, qui uſus fuiſſet his pillulis in principio peſtilentiæ: dubitatur igitur, An pillulæ huiuſmodi conducant in omni peſtilentia, & præcipue in iſta. Et uidetur quod ſic. om̃es enim medici ſcribentes de hac febre, imitantur Ruffum, ponuntq; has pillulas in pſalterijs ſuis: aliqui addentes aliquid, alij uero nihil addunt, ſed alterant doſim aut ingredictia. Pillulæ igit peſtilẽtiales, ſunt ex melioribꝰ rebꝰ pſeruantibus à peſte. p locũ ab autoritate, affirmatiuè. Dico autẽ de his pillulis, q locus eſt ſpeculationis. Nec de hoc quidquã certi cõcludi

Expẽduntur pillulę Ruffi qualẽ vim habeant.

poteſt, niſi ſeorſum diſcutiatur natura uniuſcuiuſq; ſimplicis. Non enim ſuperficialiter diſcutiēda ſunt medicinæ inſtrumenta, quæ de nobili illo ſubiecto, ſcilicet corpore humano, tradūtur, nec caſu aut fortuitu præſumat medicus curare, ſed arte & operatione: quod quidem nequit, niſi diſcuſſerit ſingula uſq; ad prima elementa. In his pillulis aloes pro baſi ponitur. Omnis autem medicina aloetica, ut ſunt plures hieræ, prohibentur in caſibus multis. Primo, ubi ſuperflua eſt calefactio, ut refert princeps prima fen tertij, de canonibus uniuerſalibus curatiōis, capit. de pillulis aſceiared. Et fortaſſe, inquit, uſus ſcamoneæ cum aloeticis adminiſtratis, prohibet earum calefactiōem ſuperfluam propter lōgam moram ipſarum &c̄. Peccant ob id inſulſi medici, qui his pillulis adiungunt ſtiptica, bolum, corallum aut carabe, æſtimantes quòd frigiditas harum refrenet caliditatem ipſius aloe, ignorantes aut non attendentes, quòd humores qui educi debent per has, agitantur priuſquam trahantur aut educantur. Et ſi deficit potentia medicinæ, quia non ſit bene menſurata quantitas ad expellendum, tūc humores agitati & non educti, defluunt ad patientem particulam, in qua putreſiunt & peſtilentiam generāt. Materia enim mala mota, peior eſt ſeipſa quieta. Et illo errore infiniti medici capiuntur, uolentes emendare medicinas electas & conſolatas ab antiquis: & ubi iuuamentum deberent facere, uenenum pręparant, Errauit hoc errore Antonius Guarini, qui has pillulas poſuit.

Aloetica quādo uitāda ſint.

Error quorundam.

Error Antonij Guarini taxat.

Recipe aloes loti unciam unam, myrrhæ lotæ, croci ana unciam dimidiam, agarici præparati

drachmas tres, myrobolanorum citrinorum drachmas duas & dimidiã, kebuli drachmam unam & dimidiam, radicum diptami, tormentillæ & tunicæ ana drachmã unam, maſticis, cinamomi ana drachmas duas, ſpicæ ſcrupulũ dimidiũ, muſci in tẽpore frigido granum unum, fiant pillulæ cum aliquo ſyruporum prædictorum. Et ſubdit: Sed hic nota, quod nonnulli ex uſu harum pillularum incurrunt aliqñ uentris tortionem ac alia plurima nocumenta, quod non prouenit ratione pillularum, ſed ingredientium, ut aloes non boni uel alterius &c. O Antoni, practica hæc tua non proceſſit ex uera theorica. quod ſi aloes & agaricus uiolẽtia ſua excellerent elleborum, ſtiptica hæc tanta obtunderent uirtutes eorum, & ſine tortione non relinquerent etiam fortiſſimum ruſticum. Conſidera myrobolanorum naturam, quomodo comprimendo operantur, & quomodo hæc inueterata, tabefacta ſunt & parata conſtringere. Conſidera tormentillam, maſticem, ſpicam & alia. Pillulæ enim hoc modo confectæ, non præſeruant, ſed occidunt hominem, ſicut prognoſticatus ſum ante annum xxij. Omẽs enĩ qui ſumpſerunt has pillulas, mortui ſunt iuxta uaticinium meum. Sunt alij qui imponunt reubarbarum, credentes id conducere hepati: & quia eſt purgatiuum choleræ, aloem uelocitant & excitant ad citam operationem. Dico quod tales non ſunt docti prudentia in hac noſtra regione. Non enim cholera moleſtat corpora Almanorum, qui inglunie aut ebrietate madent: nec his precioſis opprimendi ſunt inopes. Peſtilentia etiam iſta à putredine eſt phlegmatis, nõ choleræ, aut ex putredine quæ phle

Corpora Germanorum plus phlegmate abũdãt.

gmati ſit propinqua. Ipſius etiam adulteratio ita ingenioſa eſt,ut à paucis aromatarijs poſſit compre hendi. Sunt igitur pillulæ Ruffi ex his tribus meliores, ſcilicet ex aloe, myrrha & croco.nã ſi tu apponis ad has,deſtruis harmoniam & complexionem earum. Sicut ſi apponis pulueri bombardarum citanti fulmina,camphoram aut argentum uiuũ aut arſenicum,deſtruis harmonicam uirtutem horum trium, ſulfuris, carbonum & ſaliſpetræ. Amplius, aloe iuxta Galenum quinto ſanatiuæ diætæ nocet ſenibus. Inquit enim, ꝙ ſi quando ſenes ſiccum habuerint uentrem, non ſumere debent aloe, ut faciunt quidam, cum ſucco caulium facientes inde pillulas. Alij ſolum cum ſeminãtes humido alicui uel aquæ uel melicrato. Et parum poſt: Sed nullo horum eſt opus ſenibus, niſi magna neceſſitate adueniente. Amplius,aloe nõ lotum,eſt hepati inimicũ, xiiij.ſen tertij. Amplius aloe purgatiuum choleræ, phlegmatis autem parum, ſed nullo horũ opus eſt ſenibus,niſi autem aromaticis uirtus eius conforte tur, & inde hieram facias. Frigida igitur & ſtiptica his pillulis non ſunt apponenda. Regio etiam Almanorum phlegmate & ſanguine plus abundat, non tãtum ex parte cibi & potus & ex parte aeris frigidi,ſed ex quadam ingluuie & crapula & ferculorum in una mẽſa multitudine. Amplius, aloe aut ipſæ pillulæ peſtilẽtiales communes,ultra meſeraicas non operantur,de quo ſit curandum. Repletio igitur in uaſis quæ concomitatur ferculorum multitudinem, omnino per has pillulas intacta relinquetur. Non conducunt igitur pillulæ huiuſmodi in hac regione Germanica. Ne mordear à coſmo-

Germania ab Almania differt. graplus, qui impugnare poſſent, me Germaniam pro Almania poſuiſſe, cum ſolus tractus Rheneñ Germania dicatur, ratione humanitatis & morum quos habẽt cum Gallis. Sed de his aliàs. Amplius, pillulæ iſtæ propter groſſitiem corpoꝝ Almanoꝝ, non mouent aliquos niſi uſq; in diem tertium, aut omnino nihil de quo ſit curandũ. Mouent igitur ut ſupra, & humores agitati & nõ educti, ad præparationẽ morbi pparant. De myrrha aũt nunc philoſophemur. Excutitur natura myrrhe. Myrrha iuxta ſententiã Auicen. Serapionis & alioꝝ, ſubeth inducit: quare cõtinuũ ei⁹ uſum, ſicut & aliaꝝ bezearticaꝝ, ꝓhibent medici: & forte per uſum harũ pillularũ, in obliuionẽ tantã deducti ſunt hoĩes in quadã peſtilentia, ut obliuiſcerentur nominis ſui. Et Galenus v. ſimpli. medi. inqt: Propter illud fit, ꝙ omnes medicinæ quæ ſunt contrariæ medicinis pernicioſis, quando ſumitur ex eis ſecundum rem plurimam quantitas multa, nocent corpori nocumento magno. Itidem Auicenna in canticis de bezearticis refert. Et iterum viij. Memiri de myrrha inquit: Dignum eſt ſcire, quia inquantum uirtus eius eſt digna eorum quæ præter naturam atq; prauorum humorũ congrue mixta eſt, ei: inquantum autem pharmacoſa eſt, non congrue, ſed paucitas ei⁹ ad digeſtionẽ qdẽ cõfert. Qualitatꝭ uero extraneitas non oſtendit, cũ uincat ab odoriferis. Myrrha itaq;, crocus, opium, & ſtorax liquida, naturæ humanæ ſunt cõtraria, licet modica earum quantitas nihil noceat. Quod quidem Galenus v. ſimpli. diſ. v. luculenter expreſſit his uerbis: Et de iſtis medicinis iterum ſunt quædam, quæ ſunt contrariæ homini cum tota ſubſtantia ſua. Et propter

illud quando homo ſumit ex eis aliquid, quãuis ſit in ultimo paruitatis, nocet ei ꝑculdubio, ſicut medicina quæ nominatur dubatara, & uermes pini, & gũma pigami, & ſpecies afferens maniã, ex ſpeciebus uuæ uulpis, & argẽtũ uiuũ, & multi fungorũ & ſerpẽtiũ habentiũ uenena & feleorũ: qm̃ iſta oĩa ſunt mortifera in gñe ſuo, non in quantitate ſua. Et propter illud non cadit in confectione aliq̃d eorũ, ſicut cadit ex myrrha & opio & ſtorace liquida & croco. Nam quędã iſtarũ medicinarum, cũ ex eis bibit res multa, faciunt accidere maniã, & interficiũt. Et ſi ꝑmiſceant cũ medicinis alijs per quantitatẽ q̃ intenditur, conferunt. Aperi oculos mentis, ex fęce plebeia & eleemoſynis educatus. nobiles diſciplinæ quarum medicina una eſt, caput aſini nunquam intrarunt. Reſtat nũc de croco modicum diſſerere, quẽ tanto precio mercamur, de quo nunc ſu ffi cienter audiſti. Si ex his medicinis ſumitur res multa, interficiunt aut maniã inducũt. Auida & æſtuãs ſitis mercatorum & piſcatorum, quos ſcis audientes & cernentes Germaniam peſte laborãtem, croci precium exaltarunt: cum ſimplex ruſticitas & indocta leuitas multorum, his pillulis peſtilẽtialibus grandem fidem præſtiterunt. Poſſet quidem illuſtriſſimus rex Romanorum Maximilianus imperator inuictiſſimus, his beluis ſitiẽtibus & Germaniã exugere cupientibus, faciliter remedijs opportunis obuiare: ſi edictum in omnem Germaniam mitteret, ne quis mercatorum noſtrorum de croco, cubebis, cinamomo, ligno quaſi mortuo, aut quicquã ex aromatibus deferret, aut deferri per alios procuraret, reuera è ueſtigio recuperaretur Germania.

Croci natura diſcitur.

Nota germaniç depilationis cõmo ſum remedium

Exteros autem pecuniæ ſitientes, ducere poſſet ad amara littora paupertatis. magnum eſſet uectigal cunctis principibus Germaniæ & ciuitatibus. nam fiſcus abūdat, ſi ſuburbanis inſignitur locūpletibus. Sed diceret nobis medicus ultramarinus: Quibus remedijs obuiabimus morbis, ſi ultramarina ſuſtuleris? O miſeri, effœtam & ſterilem hucuſq; Germaniam creditiſ, ut etiam in minimo morbo & hui cere paruo, Indianas Arabicasq; & rubri maris medicinas inquirere debeamus? Ducimini profecto more pecudum, qui ex ingenio proprio nihil habetis. maſticata, uix deglutire poteſtis. Sed de croco ſermo nobis erat, quē miſeri mercamur in noſtrū exitium. O medice, ſi quis offerret tibi poculum alicuius toxici unà cum modico croco, uel ſi poſt daretur tibi crocus, quid fieret? Dic iterum, ſuccus lactucæ propinatus uni cholericæ habitudinis, alteri phlegmaticæ, quis primo illorum moriturus eſſet? Scias uolo, q; omnes iſti qui in uiſitando ægrotantes, capiunt ex his pillulis, exponunt periculis propter nimiam apertionem earum: quod pauci attēdunt, quia ambulāt pedibus Ruffi & aliorum. Ego autem neminem mihi deum facere uolo, ſed cum Galeno, Nulli ſcribentium aliquid credo, niſi ipſe experiētiam uidero. Amplius, crocus capiti nocet, ut refert Galenus Memiri trac.ŋ. inquiēs: Quidam qui aſſumūt eum, offenduntur capite: quod & nos patimur, inquit, per ſolum eius odorem multoties. quare Galenus minuit doſim eius in hiera. Recte igitur gloſſa tabularum Salerni, crocū imbibit aceto, ut eius apertio nimia prohibeatur. Non igitur ita extollere oportet has pillulas, quas cum tanto

Exoticas medicinas damnat.

periculo ſumimus, ubi unica & ſimplex planta noſtri orbis omnia illa poſſet, licet de hoc ſpeculētur ſcioli, cum hanc in chartellis ſuis nō inueniant. Ne hoc tamen obmiſiſſe uideamur, uideant ſumentes pillulas iſtas Ruffi, ut ſemper cum uino ſumant, & expectent donec operationes ſuas peregerint, demum mittent infirmos, & domum exeant. Ponam tamen in fine pillulas noſtrę Germanię conuenientes. Magna etenim eſt diſtantia inter ſeptentrionales & illos qui ſub torrida zona degūt, aut qui poſt Heracleas columnas.

Cap. VI. De quibuſdam dubijs tyriacæ, & eſt digreſſio ignota medicis.

REGI ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli deo honor & gloria in ſecula ſeculorum Amen. Adeſto errantibus & inuocātibus nomē tuum, eluceſcat ueritas his qui in tenebris ſunt. Galenus illuſtris, cui poſt Hippocratem, principatū & immortales gratias debemus, cum ingenio & ſtudio ſuo medicinam illuminauit, abditaq́ multa glorioſe in lucem deduxit. Hic poſt Andromachum, Xenocratem, Democratem & Magnum, tyriacam poſteriori ſeculo patefecit, de ipſo componens libellos duos: unum ad Cæſarem de commoditatibus tyriacę, alium ad Pamphilum. Itidem longe ante cum Hippocrates glorioſus ſtudio ſuo conſecutus eſt, ut parens medicorum dici mereretur, non quia primus eſſet, ſed quia primus erat qui appoſuit manum componendi libros, & nos illuminauit, cum ab initio mundi & in toto orbe terrarum & apud omnes nationes medicina artium præcla-

1. Tim. 1.

Libri duo Galeni de tyriaca.

tiſſima ſemper floruit. Lege Pētateuchon Moyſi de medicis. Item de Polyclete, celeberrimo medico, qui floruit tempore Pythagoræ, qui magnis muneribus dotatus eſt à Phaleri tyranno. Maxima turba medicorum tempore Hippocratis & ante ipſum fuit, & tota Græcia medicina (hoc eſt, philoſophia) ita mirifice ſe exercuit, ut ipſe Hippocrates tempore peſtilentiæ in omnem tractum Græciæ & Illyriam mediçorum copiam mitteret, ut mederentur tempore peſtilentiæ. Et quod ſtupidum erat, uir cupidus gloriæ, medicinam ipſam ſine ullo quæſtu mirifice exercuit, & nomen ſuum & gloriam in uniuerſum orbem terrarum diffudit. Quia niſi ſic, non poſſet uerificari dictum ipſius prognoſti. iij. ubi inquit: Adhuc, inquit, ſignificationes quas diximus, in Aethiopia & Heſperia & ſeptentrione experti ſumus. Nihil enim Hippocratem ab erroribus illæſum detinuit, nihil ſcripta eius ab omni labe erroris ſeruauit, niſi multitudo philoſophantium, quorum ipſe erat caput & princeps. Solus Hippocrates Cous ſidus ſplendidiſſimum, in miraculum naturæ genitus, inter cunctos mortales errorib' non fuit inuolutus, quod nulli mortalium unquam contigit. Cui Athenienſes honorem impendere uolentes, artem & eius poſſeſſorem ob utilitatem quam reipu. tulerat, columnam erexerunt auream, & honorem quem Herculi debuerant, illi decreuit Græcia. Sed quorſum iſta, dices princeps score glorioſiſſime? Auſculta quæſo. Inueteratus error maiori cum labore eradicatur, quàm noua & inaudita ueritas introducatur. Tyriaca ipſa compoſitio Andromachi, quam Galenus, Auicenna & alij illuſtres poſt Gale-

Hippocrates laudatur.

hum, tanto ſtudio commendarunt, nihil fuit niſi figura & metaphora antiquorum. Nam ut ſuprà, Pythagoras, Plato, Hippocrates in numero poſuerũt arcana principij, non autem numerum poſuerunt principium. Arcana autem illa abſconderũt in confectionibus, carentes ratione, ſicut inueniuntur confectiones multæ antiquorum, tyriaca ſcelithe & Alcalchatarahan, quæ confectiones ad ſonum literæ ſi quis mediocris ingenij ſingula diſcuſſerit, inueniet rem riſu dignam. Quid ſibi uolunt iſta, ſtercus uaccæ mõtanę, &*ſtercoris uulpis, & nodorum paleæ ueteris in parietibus, & terrę uiarũ quadratarum, quæ ponuntur in ſcelithe? Aut quid ſibi uolunt tot ſextaria ultra centum & ſexagintaocto in Alcalchatarahan? Poſt inqt, Sumatur de bohaton claudam fœminam decrepitam, & ligentur manus eius & pedes adinuicẽ, & ponatur in uaſe æris, & proijciatur deſuper aquæ dulcis quantum neceſſe eſt, & cooperiatur os uaſis, & decoquatur cum leui igne donec diſcoquatur: poſt appone de balſamo, & conſerua in uaſe uitreo. O uitrum glorioſum & ſpatioſum, capiens ſextaria fermè ducenta. Quo piſtello aut qua ſpatula agitari debet cõfectio iſta in uitro, niſi cum cauda uulpina, ne uitrum diſrumpatur? Et ſi numeras ingredientia, nõne ſunt ultra ſexaginta? Idem numerus eſt in tyriaca cum tribus trociſcis, quod etiam fermentandum præcipiunt in uaſe uitreo uel argenteo. Tyriaca ipſa ratione caret, qa capit uiperas, capit chalcãthũ, & alia ratiõe carẽtia. Viperas quidã iubent capi flauas, quidam albas, q̃dam nigras. Et quia cõfectio ipſa capit acuta, uelut chalcanthum, euphorbiũ & alia, hæſitant multi de

Dubitandi in tyriaca occaſio quę ſit.

uaſe. nã uitreū nõ eſt capax tãtę materiæ, & de facili rumpitur: ærea & plumbea & metal'ina æruginẽ contrahunt, lignea ab opobalſamo propter poroſitatem perforantur, & perditur compoſitio. Hæc & multa alia recentiores dubitare fecerunt. Nullus tamen quicquam contradicere auſus eſt propter autoritatem uirorum illuſtrium, Galeni, Auicennæ, Raſis & aliorum. Galenus autem curioſiſſimus medicinæ indagator, quia uidit ſuo tempore tantam uirtutem huius antidoti, credidit compoſitionem fore inuentam induſtria artis. Nam confectiones nunc nominatæ, & aliæ antiquorum, ſi diſpenſarentur illa ſimplicitate qua litera ſonat, nõ eſſent profecto abſque uirtute, cum etiam ſimplex non ſit ſine

Horatius. uirtute: nihil autem ocioſum eſt in natura. Etiam ſi amphoram figulus currente rota conatur perficere, & urceus exit, non erit urceus carens uirtute aut utilitate. Et fortaſſe maior eſſet uirtus compoſiti, quàm intellectus ex ſimplicibus capere poſſet. Antiqui autem illuſtres uſq; ad Platonem & Hippocratem philoſophiam ipſam myſtice tractauerunt, & maximo ſtudio occultarunt. Suaſerunt eñi ſibiji nuicem potius patriam quàm dogma prodere, ut dicit Galenus lib. de uirtutibus animalibus ca. ultimo. Et ſicut aliqui occultauerunt in confectionibus, ita aliqui in ſtellis erraticis & ſignis fixis, aliqui in ſeparatione elementorum, ut ſimplices æſtimãt: & primã ſeparationem, aquam uitæ ſeu aquã ardentem nuncuparunt: pòſt cum omnis corruptio remota eſſet, aquam uitæ rectificatã dixerunt.

Sanguis humanus. Et cum defæcatum id eſſet ab omni re elementari, ſanguinem humanum nuncuparunt: quod quidem

omnem morbum curat, ut dicunt. Illo errore capti medici tempore Conſtantini, infantes multos iugulare iuſſerunt, credentes Conſtantinum ſanguine humano poſſe curari: quod alij præſumptuoſi ſumentes, ipſum diſtillant: & ſicut primi, nihil boni conſequuntur. Illo errore captus Marſilius Ficinus, non legit illud Galeni xi. ſimplicium medicinę, nec iiij. de alimento de ſanguine uolatilium, ubi inquit: Indigeſtibilis autem eſt & ſuperfluicus omnis ſanguis, ſecundum quemcunq; modum ipſum præparauit aliquis. Aliqui autem abſconderunt ſub temperamento caloris, & dixerunt quod ille calor iuuenculæ reiuueneſcere faceret ſenes. Quo errore captus Damaſcenus, qui dicit: Multum ualet paralyticis ad latera eorum apponere actualem calorem, non tamen igneum, ſed adoleſcentis puellæ. Sic medici tempore Dauid paralogizabantur. Sic Auicenna exemplariter recitat multa ex antiqs. Sed uideant iuniores, qua intentione, tertia fen quarti de curatione lepræ inquit: Et de illis quę narrata ſunt ad illud, ęſt ut ſumatur ſerpens niger excoriatus, & ſepeliatur donec in eo fiāt uermes, & extrahatur cum uermibus ſuis, & exiccetur, & detur in potu illi ſuper quem ſuperfluit lepra, omni die pondus drachmæ unius. Et ibidem de uiperis albis montanis lege eundem. Et ibidem confectio Alſudendati de urina hircorum montanorum. Omnia iſta nota ſunt ipſis. Imperiti autem ueluti longe diſtātes, ſpeculantur. Quod autem antiqui, Hippocrates & ante ipſum medici habuerunt occultas medicinas, incognitas nobis, his perpendi licet. Hippocrates liberauit Græciam, Illyriam & Sclauoniam ab ipſa

Error Marſilij

3. Reg. 1.

peſte, mittens diſcipulos in omnem plagam mūdi, ut conſtat. Noſtri autem medici peſtilentiam uelu ti baſiliſcum fugiunt. Nulla eſt igitur cōparatio facienda cùm hac noſtra tyriacalla, ad medicinā Hippocratis: Galenus autem & eius ſequaces caudam uiperæ abijciunt, Hippocrates caudam ipſam capiti ſuo iungit. De quo nunc breuitas temporis nihil dicere permittit, cum gens ipſa muſis non præbet hoſpitium, nec honore proſequitur ſtudioſos.

CAP. VII. de tyriaca Andromachi, cum modo exhibitionis eius.

DEduximus & probauimus præcedenti capitulo aliquid de inuentione tyriacę, & quomodo in ipſa incluſa ſunt arcana medicorum illuſtrium, qui fuerunt tempore Hippocratis & tempore Platonis. Adueniente autem Ariſtotele, qui cupiditate gloriæ innouauit multa, priorum placita quadam rabie ſic in nihilum deduxit, ut nec liber unus extet: & heu uix nomina eorum poſteriori ſeculo reſeruata ſunt. Horum philoſophia myſtica erat & ſimilis picturæ, utilis, ſalubris, non uana, nō ſine fructu, ſed proficua reipub. & alijs. Nam ſe & alios felicitare potuerunt. Si conſideras apparatum Pythagoræ, ſi Socratem philoſophātem, ſi potentiā & diuitias Platonis, ſi Democratis & ſui coætanei Hippocratis magnificentias, multitudinē medicorum illi ſeruientiū, & ſine ullo quæſtu artem exercentium, quid admirabilius, quid reipub. utilius eſſe potuit? Aurea profecto tunc ſecula erant, comparatione ad hęc noſtra teſtacea & figulina. Supereſt ut de confectiōe noſtra quæ tyriaca dicitur, non ſuperficialiter ut alij, ſed profundè & exquiſitè de-

Ariſtotelē ferè omnia ante ſe carpſiſſe.

terminemus, quòd tota illa compoſitio illius antidoti ſit abſq; ratiõe,& quòd alia latent,his liquet indicijs. Primum eſt tempus fermentationis eius longinquum. Tempore enim (inquit Galenus) nõ paruo eget, ut congrua fiat ad uſum,& digeratur bene. Digeritur enim ut plurimum, XII. annorum tempore. Qui enim fortiori uoluerint ea uti, tempus quinq; & ſeptem annorum habente uſi ſunt.

Demum de duratione illius uidendum eſt, inquit Galenus, hoc pharmacum recens uſque ad annos XXX. In alijs uero paſſionibus; in quibus non eſt ita magna nocumenti cauſa, ſufficiens eſſe mihi uidetur, etſi fuerit annorum LX. Triceſimo anno uigoroſum eſt, ſexageſimo ſenium contrahit. Ingredientia ſimplicia, unà cum tribus trociſcis, ſunt numero ſexaginta. Et nota hunc numerum, quem ut plurimum inuenies in his extraneis antidotis. Nam ſi excedit hũc aut minuitur, fallax eſt numerus. Sed inſtaret aduerſarius: numerus de quo medici tractant, eſt numerus impar: quare in numero illo ſexagenario nihil latet. Oportet, inquit Hippocrates, maxime uereri imparem numerum, quòd hi dies heteropes, id eſt, altero repentes faciunt laborãtes, IIII. regiminis acutorum. Dico quòd in numero ſexagenario multa latent. Nam ſi hunc diuidis, triginta remanent: & ſi ſubdiuidis, quindecim: quæ diuiſa, iterum imparitatẽ pariunt. De his numeris celeberrimus uates per ordinem meminit, Aenei. iij. dicẽs:

Duratio tyriacę.

De numero apud medicos recepto.

Quam tuta poſſis urbem componere terra,
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto:
Cum tibi ſolicito ſecreti ad fluminis undam,
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus,

Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba ſolo recubans, albi circum hubera nati,
Is locus urbis erit.

De alijs uero numeris nunc ſubticere oportet, ne de matrona proſtitutam faciam. Numerus autem impar poſitus & ſubdiuiſus, maioris eſt actiuitatis, qui dicitur arramenos aut alon, & eſt maſculus & mundus. Numerus autem par, eſt fœmina & immundus. Et animalia quæ ingrediebantur in arcam in numero pari, immunda erant: & quæ in numero impari ſeptena & ſeptena, munda erant, quare ſecundus dies creationis non benedicitur, aut de bonitate eius ſubticetur, quia par & immũdus erat: quartus aũt ſub ſe habẽs triplicitatẽ, bñdicit. Impar aũt numerus eſt maſculus, & ẽ uitę: par aũt numer᷒ eſt fœmina, & ẽ mortis. Quare antiq obnixe obſeruarũt, ut pillulæ darent in impari nũero. Nec paruipẽdas numerum, qm̃ per numeꝝ peruenimus ad arcana arcanorum, & ſine numero tyriacæ compoſitionem nunquam cognoſces; quod non peruenit ad hominem ceruicis duræ. Res profecto ardua, ue tuſtis nouitatem dare, nouis autoritatem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubijs fidem. Sin has nẽ poſſum, ſatis eſt demonſtraſſe uiam errantibus, ut uel me duce dirigantur in methodum, partes ubi ſe uia findit in ambas. Dextera hac iter elyſium nobis, at læua malorum, trita altera. de ea nũc differemus.

Gene. 6.

De numero pari aut impari.

Alluſio ad Verg. Aeneid. 6.

Extra rationem eſt, quod tanta copia in uaſe argenteo aut uitreo recondi aut fermentari debeat. Nam argentum ex acutis, ueluti eſt chalcãthum, euphorbium, æruginem contrahit. Vitrum non patitur materiam agitari aut tractari, qn celeriter ſcin-

deretur in fruſta. Antiqui autem omnes dicunt in argenteo uel uitreo, & non alio uaſe recondi.

Extra etiam rationem eſt, ut in electione uiperarum non fieret confuſio, cum Albertus noſter, cui cedunt cuncti philoſophantes, ponat ultra LXXII. genera uiperarum. Galenus de commoditatibus tyriacæ ad Cæſarem, flauas mactari iuſſit. Sint, inqt, hæc animalia flaua, & ualde bene robuſta, & protendentia collum ſuperius, & oculos habentia eleuatos, & intrepide & furibunde aſpicientes &c. Auicenna autem in curatione lepræ uiperas montanas albas elegit. Et de nigris ſimiliter exemplariter poſuit, ſed hi ſunt extremi colores, & opponuntur. O medice, tu qui es inſtructor aromatariorum, quas in diſpenſatione tyriacæ præciperes mactari, in idem redit, ſi uel ſcorpionem aut ſtellionem ponis, ſi uel ſitibundas, aut alias uenenoſiſſimas, aut quodcunque deliteriorum: cum de homicidis, ut ſupra retuli, nulla lex quæ puniat inſcitiam capitalem, in Germania ſaltem, & unicuique ſe medicum profitenti ſtatim creditur. Admittuntur ruſtici omni iniquitate repleti, qui uendunt iſta innocentibus & inſciis hominibus. rudis ipſe aromatarius comparat ſibi tyriacam iuxta ſaporem & odorem & colorem, non attendendo uirtutem. neſcit quanto tempore fuit in fermentatione, neſcit an in eius diſpenſatione ſcrutinium ab ipſis doctoribus antiquis & probatis ſit habitum, an balſamū eius conſeruatiuum ſit appoſitum: quo loco, aut qua contrata uipera ſit collecta: an in preſentia multorum doctorum & ſtudioſorum, ingredientia ſint approbata & auſcultata: an ſigillatio uaſorum ſit facta, ne fraude aromatariorum

Quales ſerpentes ad tyriacam eligendi.

Alluſio ad plinij locum eſt.

Ea omnia in cõficiẽda tyriaca ſũme obſeruantur.

tariorum ſit uitiata: demum, an ſigillo uniuerſitatis & teſtimonio literarum ſit roborata. Medicus autem iuuenis inexpert⁹, q ad uerba & garrulitatem medicinam didicit, nil ſpeculatur in his omnibus: aromatario ueluti experto medico fidem porrigit. Sic cæcus cæcum ducit, & utinam non totam communitatem ſecum in foueam traherent. Diſcũt miſeri periculis noſtris, & per experimenta mortes agunt. Medicoq; tantum, hominem occidiſſe, ſumma impunitas eſt. Quinimò tranſit in conuicium, & intemperantia culpatur, uel morbi ſæuitia, aut grandæua ætas. O princeps illuſtriſſime, feras patienter quęſo hanc prolixam concionem, omnia eñ neceſſaria ſunt ad illuminandum pectora cæca Germanica. Quo cachinno, quo plauſu reris Itali ſubſannant perditos noſtros mores, qui comparamus tyriacam ab his inſulſis & literarum ignaris & mer doſis mercatoribus, qui cacata ſua fœtida permiſcent melle, addentes alia propter ſaporem & odorem? Sinite uos ergo mederi Germani. Collyrio inungatis oculos ueſtros, ut uidere poſſitis quanta cæcitate hucuſq; capti fuiſtis. An ſterilem aut effœtam hanc noſtram Germaniam creditis, ut meliora antidota ex his noſtris herbis & plantis componere non ualeamus? Tyriaca autem ipſa Andromachi, nuſquam in Italia aut Francia, ſcilicet in Monte Peſſulano, ubi quondam diſpenſabatur, nunc non conficitur: primo, propter medicorum laſciuiam: ſecundo, propter longam fermentatiõis moram: tertio, ꝓpter balſami & alioꝝ carentiã: quarto, ꝓpter eius debilẽ operationem, quam habet in leproſis aut elephãtioſis, quos promittit curari hoc antido-

Rurſus ad Plinij locũ alludit.

Cuaſſõea callidę medicorum.

Quare hodie nõ conficiatur tyriaca.

ſum. Quot enim elephanticos curari uidiſti medi- Elephātia quid.
ce per tyriacam hanc tuam? imò nec leprā per eam
ſanatam uidiſti, cum elephantia pluris ſit quàm le-
pra, ut Galenus XI. ſimpli. capite de carne. Nec uo-
lo intelligas per elephantiam, quartam illam ſpeci-
em lepræ, ortum habentis à melancholia. In quo
dormitant ferme cūcti medici. Quoniam unaqueq;
ſpecies lepræ in elephantiam conuerti poteſt diu
turno tempore. quod quidem medicis ignotum.
Nec intelligo per elephātiam deformem illam ma
gnitudinem crurium, de quo Raſis IX. Almāſoris.
Neutrum autem horum curatum uidiſti per tyria-
cam ipſam tuam. Quod autem omnes ſpecies le-
præ, conuerti poſſint in elephantiam, quæ nihil ali-
ud eſt, quàm lepra comedentibus hulceribus plena,
probatur autoritate & ratione. Nam omni diutur-
na paſſione relicta in aliquo membro, malignatur
humor, & membrum debilitatur, ut poſtea ſit diffi-
cilis curæ: quod euidēter apparet in morbo carbū-
culorum Franciæ poſt eius recidiuam. Galenus au
tem de cholera nigra: Qñ, inqt, ſobri⁹ q̃litatibus ni
ger fuerit humor ſanguini cōmixtus, ſubrubeā ele-
phantiā opat. Immorantē aūt & hi qdē nigriores.
Et idē in li. de tumorib⁹: Melācholica uero paſſio ē
& elephas, ꝓpriā qdē gñationē ex ſanguine habens
melācholico: in tempore uero ſit nigra cholera, qñ
fœtidi ſunt & horribiles ad uidendū. Et VI. de acci.
& morbo, & III. de interioribus hoc idem innuere
uidetur. Et lib. IIII. de regi. ſanita. ſcabiē, leprā, alo-
peciā, ignē ſacrū, elephantiaſim, ex cacochimia inqt
gñari. Et ſiquidem alicui contrariū uiſum fuerit de
lepra & elephātia, nō inueniet apud Galenū. Et ſiqd

opinioni ſuę adinueniet,ſciat eſſe potius ex defectu interpretum,cum Galenus plures habuit interpretes,qui nonnunquam ſe paralogizabāt,ſicut oſtendi in lib.de erroribus medicorum,qui non ibit in lucem,ex hac ſaltem terra muſis cōtraria. De elephantia autem Gregorius in Homil. Cum appropinquaſſet IESVS Ieruſalem,uidens ciuitatem,fleuit ſuper illam,ſcribit de quodam miraculo cuiuſdā religioſi,Martyrij nomine,qui pergēs, leproſum quendam inuenit,quem denſis uulneribus elephantinus morbus per membra fœdauerat:inuenit in uia, uolentem ad ſuum hoſpitium redire. Et Lactantius IIII. lib. inſtitutionum:Leproſi,inquit, ferè atq; elephantiaci debent haberi &c. Hieronymus autem de diuerſitate lepræ, lepram cutis diuerſitatem inſinuat. Plinius etiam mille in locis pſoram,lepram, ſcabiem,modico ſimplici curat. Vacillant igitur noſtri, qui cum elephantiam ſignificare uolunt,leprā ſufficiens uocabulum credunt. Sed nec ipſa tyriaca Galeni ſiue Andromachi, prout liber, de quo litera loquitur,elephantiam hanc curat,imò nec lepram. Quo euenit,ut nec medicina Hippocratis occultata poſteris, nec tyriaca ipſa Galeni uſquam repeпiantur.

Luc. 19.

Modus ſumendi tyriacam.

Nunc de modo ſumendi dicemus. Oportet autem hoc antidotum ſumere ieiuno ſtomacho, tali modo:Si paruum ſpatium ieiunandi tibi datur,parum de ipſo ſumito cum aqua ſcabioſæ aut acetoſæ.Si tempus ſufficiēs tibi datur poſt ipſum ieiunandi,dabis ad quātitatem auellanæ.Secundo,abſtinere oportet ab eo in regione calida & tempore calido.Caueat ob id ſumens,ne poſt ingrediatur æſtua

gium, diſſolues harmoniam & complexionem corporis debilis. Nam tyriaca illa ſi ualida fuerit, non ueruſta, & data ante ingreſſum balnei, proculdubio inflammat totum corpus: & ſi inueniret humorem aptum, febrem induceret. Quare debilibus & infantibus nullo modo detur. Nam ut inquit Galenus de commoditatibus tyriacæ ad Cæſarem, Maior eſt enim eorum uirtute magnitudo pharmaci, & diſſoluit corpus, & innatum ſpiritum extinguit faciliter: ſicut & lucernalem flammā oleum, cū ignis minor fuerit, extinguit. Ego, inqt, uidi diſſolui aliqñ infantem ab intemperaneo uſu huius antidoti. Tertio, æſtate & à primo ortu Iulij, & hominibus calidis exiſtentibus, non detur. Senibus autem dabis hoc pharmacum cum uino, ut quod maraſmatur iam corporis & extinguitur innati calidi, reuiuiſcere & reaccendi poſſit. Hæc ſunt uerba Galeni. Magna autem & mirabilis eſt uirtus huius antidoti, ſi ſapienter fuerit diſpenſatum. Si fermentatum ad minus xij. annis, ut illuſtres præceperunt, licet recentiores æſtiment id in ſpatio ſex menſium poſſe ad plenum fermentari. Hi ſolum oculum habent ad opium, & cum cæteris opiatis enumerant. Sed non eſt ſimilitudo, ſi dicta illuſtrium perpēdis. Nobiliſſimus & illuſtriſſimus princeps Arabum Auicenna, libro de uiribus cordis, hoc antidotum propter eius mirabilem compoſitionem ab inſpiratione diuina conflatum eſſe credidit. Inquit enim: Sapientes autem ſpeculatores præciſe determinant, ꝙ directio ad compoſitionem iſtarum medicinarum proceſſit ab inſpiratione ac prouidentia diuina, aut à re inſpirationi ſimili. Etenim deductio rationis

Quibus temporibus danda ſit tyriaca.

non pertingit efficaciam compoſitionis ipſarum. Habes princeps illuſtriſſime huius antidoti inuentionem primam, & quomodo antiqui in hoc & ſimili reſeruabant arcana ſua, numero, pondere & menſura: poſteri autem legentes uirtutem & efficaciam antidoti, & nō ponderantes ea pōdere æquo rationis, auſi ſunt componere antidotum iuxta ſonum literæ: & ita inuenta eſt tyriaca, operatione q̃dam caſuali & contra rationem. Sic aqua uitæ ex uino inuenta eſt, cum nullus philoſophorum aut medicorum id attentauerit in uino, ſed ſimilitudinarie, niſi ſequaces & poſteri in pſalterijs ſuis de ea mentionem fecerunt. Sic infinita inuenta ſunt non induſtria artis aut inquiſitoris, ſed quadam caſuali operatione: quod perpendit illuſtriſſimus princeps Auicenna, cum dixit: Etenim deductio ratiōis non pertingit efficaciam compoſitionis ipſarum. Et nobilis ſcriptor & curioſus Plinius itidem recitat, cuius uerba propter prolixitatem non poſui. Quo euenit, ut cum paſſim tyriaca nomine ubiq; uendatur, nec Hippocratis myſticum intellectum capiamus, nec Galeni aut Andromachi antidotum poſſideamus; ſed deludimur, & pecunia & uita noſtra priuamur propter incuriam & negligētiam noſtram. Et tantum de tyriaca.

De aqua vitę.

Tyriaca.

CAP. VIII. & eſt parua digreſſio, an aqua uitæ cōducat in hac peſtilētia.

Aqua vitę

Aqua om̄ principiū.

Thales.

DE aqua uitæ antiqui antiquiſſimi ſcripſerūt, Pythagorici, Platonici, Hermes ipſe Triſmegiſtus, & de antiquioribꝰ Thales Aſianus, q̃ & principiū oīm aquā poſuit, mundūq; animatū di

xit, & dæmonibus plenum, quem carpit Ariſtoteles II. metap. de cauſa ſalſedinis maris inquiẽs. Deridendi omnes, quicunq; priorum exiſtimarunt ſolẽ cibari humido, propter quod accideret & ipſum corrumpi dum alimentũ deficeret. Antiqui autem non intellexerunt ſolem hunc cœleſtẽ, nec aquã hãc elementarem. Omnia enim nutriuntur ex eiſdẽ ex quibus ſunt, ſicut antiqui probauerunt de amicitia & lite. Et III. cæli redarguit Empedoclem, qui uoluit quod dilectio & amicitia aggregauerunt elementa quędam, & multorum capita ſine ceruice germinauerũt. Et eundem carpit, quod omnia moueri p litem & amicitiã uoluit, quę omnia nota ſunt ipſis. Nam moueri per litem & amicitiã, nihil aliud eſt, quàm agens & patiens, quæ erunt in genere uno, & non diuerſo: genere quidem ſimilia ſunt, ſpecie autem diſſimilia. Oportet autem actiua & paſſiua ad inuicem eſſe elemẽta. Sed poſteri legẽtes aquam, q dam crediderunt hanc eſſe aquam nubis, quidam aliam, quidam aquam uitæ dixerunt, quam ex uino diſtillare uoluerunt. Antiqui enim philoſophiam ipſam ſub ænigmate & figura poſuerunt. Scripſit autẽ de aqua uitæ de uino facta, Raimundus Lulli libellum grandem ſine utilitate. Scripſit poſt hunc Iohãnes Rupeſciſſa frater ordinis Minorũ, de aqua iſta: & ad extrahendã quintã eſſentiã à rebus oĩbus libellũ fecit, quẽ intitulauit Famulatũ philoſophiæ. quæ omnia plena errorũ ſunt. Nam his decipiẽ mundus, et multi religioſi, Carthuſiani et alij cũ iſta aqua ſeipſos occidũt, & uitam ſuam in breui terminant. De qua in de errorib⁹ medicorũ abunde ſcripſimus, q liber nõ ibit in lucẽ, quia quotidie multa adijcio.

Moueri omnia per litem quid ſit.

R. Lullus.

Rupeſciſſa

Arnold' de Villa noua. Arnoldus autē de Villa noua, etiam appoſuit magnum in hanc aquam, & Iohannes Anglicus uir multæ experientiæ in Roſa ſua: & ferè cuncti medici re- Iohānes Anglic'. Nicolaus Florētin' centiores in practicis & pſalterijs ſuis ipſam aquā commendarunt, ut etiam Nicolaus Florentinus in febre quartana, & in alijs typice febrientibus, ipſa ſit uſus, licet ſalua pace uiri tanti, cum errore maximo. Nouiſſime Antonius Guarini aquam hanc Antonius Guarinus in febre peſtilentiali & eius præſeruatione multis & infinitis laudibus extollit. De q̄ aqua nūc breuis ſermo nobis erit. Lectitāti mihi libros illuſtriū me- Error ex inexperiētia. dicorum, ſæpius offerūt ſe errores in dictis eorum propter inexperientiam, quia alijs fidem præſtiterunt, ponentes & ſcribentes quæ nunquam in praxim deduxerunt. Hunc errorem uitare uolens illuſtriſſimus princeps Arabum Auicenna, cuncta neceſſaria & quæ ad medicinæ artem ſpectant, curioſiſſime perluſtrauit: adeo ut nihil intentatum relinqueret, etiam uſq; ad indurationem plumbi pro ſyringa uirgę, ut capite de rememoratione re℞ facientium mingere. Nemo igitur hunc tantum principē, ad utilitatē generis humani natū, carpere audeat; qui cum copiam uirorū doctorum poſſideret, ſtudio & ſumptibus non pepercit, uir deſideriorum & cupidus artis, omnia laborioſiſſime peragrauit. Alij uero qui ſimplici uerbo crediderunt, multa ſcripſerunt: confiſiq; de fidelitate eo℞ qui ea narrauerunt, ſeipſos & poſteros deceperunt. His erroribus Albucaſis ſeruitor liber erroneus. deceptus eſt Albucaſis, qui librum Seruitoris compoſuit, cum totus ille primus liber ſit erroneus ac mendoſus. Et cuncti medici recentiores & Auicennæ expoſitores, hunc uenerantur & colunt: ſicut ue

ridicum, quare cæcum ductorem imitantur. Dormitauit in hoc & Ebemeſue, de diſtillatione olei benedicti. Ingenium enim nec modum leuigandi oleum tradidit, quare de eius inſufficiẽtia & eius ignorantia culpatur. Simpliciter enim ponere oleum cũ tegulis ſine alio ingenio, ex libra una uix uncias iiij. rehabebis. Noſtri autem medici ignorantes cũ aromatarijs modum, comparant ſibi hoc oleum, cuius uirtus tanta eſt, ut ſi unciam unam uel dimidiam poſueris ad libram olei crudi, odorem reſeruabit olei benedicti: & ſic decipitur non medicus, ſed æger. Antonius autem Guarini erroribus multis capitur in ſua practica de hac aqua. Primo, ꝙ in quodam uaſe terreo uitreato res tales fermentare nititur. Secundo, ꝙ nullum lutum tantæ erit firmitatis, ut hanc aquam ſub fimo conſeruare poſſit, cũ ſit ueluti ſpiritus, poroſa omnia pertranſiens. Tertio, ſublimatio qualiſcunq; fiat ſiue per ſiccum, ſiue per humidum, uirtus bezearticarum ſemper remanet in fundo, & præcipue ſi (ut ipſe iubet) à balneo diſtilletur. Deprehenditur & error eius in hoc, ꝙ dicit Ariſtotelem ad Alexandrum hũc modum diſtillandi inſtituiſſe. Nam liber ille non eſt Ariſtotelis, quod quidem probare, præſentis non eſt ſpeculationis. Nec modus ille ibidem poſitus, eſt per modũ ſeparationis elementorum, ut quidam ſcioli æſtimant, aduerſaturq; philoſophiæ: ſed eſt per modũ depurationis & defæcationis rerũ, hic non ad propoſitum. Omnis enim opinio ipſius Antonij, uana eſt & erroribus plena, licet bonus uir in hoc multũ laborer. Secuti ſunt nonnulli medici principum minus docti, hunc Antonium in peſtilentia ſuperiori

Error Meſue manifeſtatur.

Error Antonij Guarini.

ante x. uel xi. annos, & inuenerunt ſe cum ſuo præceptore Antonio deluſos. Error iſte unde ortum habeat, libet commemorare. Operationes iſtorum q ſe exercitant in his diſtillationibus, ſunt diuerſæ: & modica alteratio facta in ope, magnam cauſat alterationem in rebus. Iſti nonnunquam ſegregāt à plantis uirtutes plantarum, adeo ut uirtutem diſperſam in multis, reſtringant in modicam & paruam ſubſtantiam: quod quidem Meſue dixit alchimiſtarum eſſe. Tu, inquit Meſue, aggredere alchimiſtas, & agitare cum illis. Iſta quidem operatio quantum conducat medicinę, nemo compos mentis ambigit. Et certe opinor opinione propinqua ueritati, quod parens noſter Hippocrates, cūctiq; alij hoc uſi ſint ingenio in ſuis ſecretis. Nam uidi mirabiles curas & operationes, quæ etiam in momento erigunt hominem de morte ad uitam. Hoc modo caput & caudam amputant à ſerpente, & iterum iungunt corpori ſuo. De quo infra modicum de tyriaca pauperum dicam. Abſit autem à me, ut hæc talia detegam, quia maledictus fierem in reuelatione tanti ſecreti. Quia ſacra ſacris adhibenda ſunt, ut inquit Hippocrates in de lege. Iſti etiam tales inquiſitores & diſtillatores, licet aliqua utilia ex his inueniunt, inconſtātia tamen eorum eos decipit: ut cum maiora & utiliora indagati fuerunt, utrunq; amittant. Iudicium etiam excelſi & omnipotentis eſt, iſta propter improbos ignorari. Medici autem in his diſtillationibus inexercitati, uidentes tantas operationes, nitūtur modo quo poſſunt eos ſequi, ſpecies aromaticas imponunt ad hanc aquam, macerantes & putrefacientes ea, demum

Cur multa ignorētur

diſtillantes & reiterantes, & ſic ex bezearticis conflant toxica & uenenoſa. & ubi intendunt facere tyriacam & medicinam ſalutarem, faciunt medicinam mortis. Nam aqua iſta quam uitæ appellant, mortis eſt aqua, cum ſit contraria naturæ humanæ. Non enim eſt nutritiuum corporum aut ſpirituum noſtrorum, propter duo: Primò, quia res ſim plicisſima igneæ naturæ. corpus enim ſimplex non conuertitur ad formam ſanguineam recipiendam, neq; ad formam mẽbri humani, niſi cõponatur, ij. ſeu primi. Aqua autem iſta eſt igneæ naturæ, quia eius actio eſt actio momentanea, ſicut actio flãmę. quare actio huius aquæ, eſt incidere, ſubtiliare & deſiccare: & ſi continuatur, adurit, deſtruit & incinerat: nec expanditur ad lõginqua, licet ſit ſubtiliſſima: qa fortitudo eius prohibet quantitatẽ eius, ut expandi nequeat, niſi adiungatur alijs. Et quia ſubtilis eius actio diu nõ permanet, quare inſpiſſatiõe & ingroſſatione eget alicuius extranei, ſicut dixit Galenus de balſamo in multis locis, & Auicẽna de cura uniuerſali ægritu. ca. Laudes autem & uirtutes & operationes eius deſcribũtur à me in lib. de erroribus medic. & in lib. de magica naturali. Simplices autem huic aquę uim & uirtutem tribuunt magnã in peſte, credẽtes ipſam non corrumpi, ſed à corruptione præſeruari. Eius autẽ permanentia non eſt ex parte aquæ, ſed ex parte naturæ igneæ: & cum ſit defæcatum ab omni aqueitate & terreitate elementari, permutatur tamen & exhalat uirtus eius ignea, & fit aqua pura, ſicut ſæpius probauimus, & multi mecũ id expti ſunt. Nam ſi imbibit eo puluis q citat fulmina terrena, fit puluis apt⁹ citius inflãm

Probatur, aqua vitæ contrariam eſſe vitæ.

mari: & ſi permanet ad tẽpus puluis ſic imbibitũs, efficitur omnino inhabilis inflammationi. Et quia aqua iſta eſt igneæ naturæ, non cõuenit in febre peſtilentiali, in quorum ſpiritualibus inflammantur humores & ſpiritus: quare anhelant aerem frigidũ cum ſumma auiditate, ſicut ceruus fatigatus aquã. Et ſiqui uolunt aliquos per hanc aquam fuiſſe curatos, refer id potius ad miraculum & monſtroſitatem, quàm ad artis ingenium. Si autem multi curati ſunt per hanc, ſcias ꝙ bezearticarum eſt uirtus, ingenioſe extracta per hanc aquam, & cum ingenioſa ſeparatione aquæ ab his, ut ſupra dictum eſt: quod quidem non peruenit ad artificem ceruicis duræ.

Cap. IX. Et eſt digreſſio, An aurum potabile conducat in hac febre.

Breuitas temporis nos ſtimulat optime princeps, ut dubiũ paruum moueamus de ipſo auro potabili, cum & ipſe Antonius mentionẽ de eo fecerit, & ipſum commendet ex ore alterius, ſicut ipſe ſcribit. Habui, inquit, à duobus alchimiſtis fide dignis, ꝙ ipſum indubie facere ſciunt ſine ſalis armeniaci ſeu alterius corroſiui, ſiue uenenoſi admixtione, imò ꝙ cum quinta eſſentia aquæ uitæ ipſum ſicut ceram fluere faciunt. Quod ſi fieri poteſt, cum hac aqua (ut ſupra dictum eſt) aurum iungendo potabile, nihil dici poteſt ſupra. Hæc ſunt uerba Antonij. Res ipſa de qua nunc loquimur, longa eget inquiſitione & perſcrutatione, nec ſic ex abrupto poterit paucis uerbis promulgari. De qua abunde dixi in libr. de erroribus medic. de

auri affinatione per cementum, per aquas, per anti monium: & quæ ſit potior præparatio, & an eius calcinatio conducat. De quo Auicenna quinto canonis in confectione de hyacintho. In quo docet calcinare aurum per litargyrium, & argentum per odorem ſtanni. Licet Auerrois ſtimulus medicorum, & adhuc podagricus in medicina, quinto ſuo Colligeth, aurum calcinatum uenenum eſſe dicat. Cuius ſolutio ita facilis eſt, ſicut ſolutio glaciei apud ignem, nec prorogat tempus nunc ad iſta uagari. Sũt enim ſecreta huiuſmodi ſolis principibus & magnatibus manifeſtanda, nec ſic paſſim in manus rudium & agreſtium proijcienda, iuxta dictum ſaluatoris noſtri: Nolite, inquit, margaritas proijcere ante porcos. Nec eſt aliquis (ut pace multorum ſcripſerim) inter centum millia hominum, qui auri naturam debite cognoſcat, nec ſapere debent. Licet auari id incubant ad inſtar formicarum id cuſtodientium, cum tamẽ ignorent uirtutẽ eius. De quo Plinius. Quare non ab re Raſis medicinæ iubar, de cauterio auri ſic loquitur de chirurgicis: Vt plurimum, inquit, qui hanc exercent artem, ſunt idiotæ, ruſtici & reſtauratores. Quaſi diceret, ignorant naturam auri, quàm paruo tempore durat eius ignitio, & quàm difficulter cognoſcitur propter colorem, niſi edoctus fuerit. Quo etiam errore capitur ipſe Ariſtoteles III. libro meteo. de generatione metallorum. Aurum, inquit, ſolum non ignitur, cum inter omnia metalla mundi, magis completa eſt eius ignitio. Medici autem in miniſtratione auri ſemper & ſemper errant, cum ex artis ingenio nihil agant in his, ſed credita ab alijs ſuſcipiunt, credentes au-

Carpitur Auerrois.

Matt. 7.

Auri vis quanta.

Laus Raſis.

Error Ariſtotelis.

rum foliatum abunde ſubtiliatum eſſe in trageis & confectionibus. Nec aduertunt quomodo perdidit uirtutem ſuam multoties per libri adaptationem. Nam olibanum gariophylli, gummi dragant. gummi arabicũ, & nonnunquam bitumen piſcium, & alia quæ ſunt adaptantia librum in quo foliatur aurum: hæc nonnunquam abſtrahunt ab auro anaticam eius naturam & complexionem, ut eius complexio omnino ſit elongata à complexione auri, ut oſtendi poteſt per difficilem ſuſceptionem argenti uiui. Nam auri proprietas eſt, inter omnia mundi metalla, adhærere & mergi in argento uiuo. Cognoſcitur enim res per proprietates; paſſiones, & operationes & accidentia: quibus deſtructis, deſtruitur uera forma rei. Omnis autem noſtra cognitio incipit à ſenſu, primo poſteriorum, & primo phyſicorum. Aurum enim non habens operationem auri, non eſt aurum, ſed imago auri. Citius enim attrahitur argẽtum uiuum ab auro, quàm ferrum à magnete: & hæc eſt auri & argenti uiui proprietas, qua proprietate amiſſa, amittitur & operatio ei⁹, & per conſequẽs forma, niſi æquiuoce dicatur. Sed ad Antonium Guarini. Si ſolutio auri fieret per aquam uitæ, ſiue per quintam eſſentiam, manente quinta eſſentia cum auro, quæſo ubi anatica natura auri permanet. Omne extremum, uidetur dicere exceſſum, & per conſequens diſtemperantiam: ſed quinta eſſentia eſt huiuſmodi, igitur &c̃. Item, omne intenſum opponitur naturæ: uinum autem hoc ſiue quinta eſſentia, naturam habet igneã: ubi igiť ęqualitas, quam in auro quęrimus? nec ſoluit aurũ in ipſa quinta eſſentia, etiam ſi millefies diſtillaretur, niſi

Aurum foliatum lõgius a natura auri receſſiſſe cõtendit.

cum appoſitiõe alicuius rei extraneæ, quod eſt contra opinionem Antonij. De auro autem potabili, quæ ſolutio ſi facta ſit abſq; alteratione complexionis, ſcilicet anaticæ naturæ auri, quod quidem eſt difficile indocto homini, quantumcunq; laboret, eſſet medicina peculiaris cum modica additione in peſte: nec ſolum in peſte, ueꝛ in õmi morbo elongato à temperamento. Et eſt medicina regum, & non pauperum. De quo ſuo loco dicem⁹. Et teneas hoc aurum ſic ſolutum pro capite tyri, quod iungimus caudæ & corpori ſuo. Aurum ſolutum.

CAP. X. de præſeruatione uirginum, & de quodam dubio, Cur puellæ & nubiles primò ut plurimum inficiantur.

VIrgines, puellæ ætate nubiles, ut plurimum ſunt in maiori periculo: quarum prima cauſa eſt, complexio earum calida & humida, quæ prona eſt putrefactioni. Secunda cauſa eſt, oppilatio menſtruorum & reſtrictio. Omne enim oppilatum & non bene euentatum, neceſſe eſt putrefieri. Adiutorium præſtant ad hoc ingluuies & inordinatus appetitus horum quæ obſtruunt, ut ſunt placentæ ex farina, fructus, lac, ſimila cum butyro ſumpta. omnia hæc meſaraicas & menſes obſtruunt. Quæcũq; eñ ſunt calida & humida, uel ſecũdũ regionẽ uel locũ, niſi patiãt trãſpirationẽ ſimul et refrigerationẽ, neceſſe ẽ putrefieri. Secũdũ oppilationes deniq; poroꝝ et obſtructiões humoꝝ, et febriũ

animalia,& eã quæ ex putredine eſt febrem patiun tur.primo de febribus.Peccant ob id Saxones, qui febricitãtes in æſtuarijs locant,& morbum ſalutarem & bonæ terminationis, cum periculo commu tant. Tertia cauſa eſt, motus & labor in puellis ſeruientibus. Nam motus uehementes, uel balneum, uel æſtiuus calor, in febrem inflammant. Quarta cauſa eſt,pedum & inferiorum infrigidatio,præcipue tempore fluxus menſtruorum : quare incuneantur in his ſuperfluitates,quæ ſunt ſemina morbi.

Cura medica virginum.

De his autem & deo dicatis, talis ſit cura & præſeruatio:Sint ſolicitæ præcipue ante octo dies purgatiõis,ut cuſtodiant ſe à cunctis oppilantibus, à lacte, caſeo,butyro,& à tortis,cum farina & ouis aut melle confectis:à ſimila calida,& pane calido uiſco ſo.Non patiantur frigus tempore purgationis, nec incedant nudis pedibus, nec ingrediantur tunc aquam frigidam: utantur mediocriter calidis apertiuis,& ſumant aliquæ earum betonicam & ariſtologiam rotundam,& ſemen leuiſtici.Et aliquę plus iuuantur aromaticis,quare conceduntur eis. Summo ſtudio ſint ſolicitæ uirgines, puellæ, mulieres, uiduæ, & omnes quæ fluxu illo laborant, ut hunc prouocent. Nam ſi fluxus ille debite expurgatur, potiſſima eſt medicina. Ego in eius prouocatione tempore peſtilentiæ ſemper operam dedi, & omẽs aut certe maior pars manſit in uita. Quapropter etiam in hoc morbo, niſi alia impedierint, iubeas ſemper fieri phlebotomiam ſaphenarum alicuius pedis.Nam ſi fluxus ille impeditur,exponũtur periculis,& in antiquam Marchiam proficiſcuntur. Caueãt tales ſumere cõfectiones cõmũnes bezearticas

Prouerbium.

ex bolo aut terra ſigillata, propter rationes dictas. Sed de iſta medicina prouocatiua ſumat, aut ex ſimili aliquid, quæ prouocando mẽſtrua, etiam à peſte præſeruat. Cuius hæc eſt compoſitio:

Recipe cinamomi electi unciam dimidiam pro ditiorib⁹, ſeminis leuiſtici drachmas tres, foliorum betonicæ, rutæ, hypericonis, pulegij, meliſſę, ſatureiæ, ana drachmam unam: abſinthij, gentianæ, baccarũ lauri, ana drachmam dimidiam, fiat puluis alcohol. Detur ſine zaccaro cum aliquo brodio appropriato ſucceſſiue per aliquot dies ante purgationem. Prouocatiuum menſtruorum.

Nec me carpant ſcioli cum ultramarinis ſuis, qui alia diſpenſare nequeunt niſi precioſa, pro eo quòd poſuerim unciam dimidiam cinamomi pro ditioribus, cum princeps Galenus, Memiri tract. V. de dentifrigijs circa finem dicit: Si autem pro rege conſtruxeris, cinamomi drachmam unam, lege eundem. O uiri omni laude digni, qui nec pauperes opprimere uoluerunt ſalario, curas tamẽ ſalutares nõ dimiſerunt. Adde quòd & ego nec de cinamomo aut de pipere longo omni cura & diligentia à me facta, quicquam in Saxonia inuenire potui, quod non eſſet putridum, marcidum, aut tabefactum. Videant de hoc alij, ego inſtituta mea obſeruabo in campeſtribus & his quæ ſunt noſtri orbis. Et tantum de puellis. Nota.

CAP. XI. de præſeruatione prægnantium & puerorum.

PRægnans mulier maiori ingenio & cura obſeruãda eſt, ne hinc inde diſcurrat. Cum in præ

gnantibus maxima putredo colligat, detur eis aliquando de caſſi. fiſtula cum aliquo brodio pulli, & ſumat de mane modicum de pane toſto cum uino, aliquando cum aceto. Et deferat corallum & nucleos dactylorum in collo, & utatur his confectionibus, ſi ſit de ditioribus. Confectio, quam ordinaui pro una prægnante ante annos xxv. quæ adhuc

Cōpoſitio hodie uiuit. Recipe cinamomi electi unciam dimidiā, nucis muſcatę, radicum tormentillæ, boli armeni ana drachmas duas, zedoariæ, deronici romani, maſticis, macis, ariſtolog. rotun. ana drachmam unam, fo. menthæ, coriand. præparati, aniſi, carui, corall. ſand. rubr. florum boraginis, bugloſſæ, ana drachmam dimidiam, rad. end. cicoreæ, taraxaconis, fo. piloſellæ, rad. pipinellæ, radic. præmorſæ, ana ſcrupulos duos, oſſiū de corde cerui, margaritarum perforatarum, fragmentorum ſapphiri, granati ana ſcrupulum unum, xyloaloes electi ſcrupulos duos, croci ſcrupulum unum, conſeruę roſarum antiquarum unciam unam, zaccari albi, mellis deſpumа. ana quantum ſufficit, ſucci ſcabioſ. acetoſ. ana unciam unam. miſce. fiat electuarium.

Aliud electuarium pro pręgnantibus in tabulis. Recipe pul. electuarij liberantis, diamargaritonis ana drachmas duas, pul. lætitiæ Ga. drachmā unā, deronici romani, ſe. acetoſæ, lignialoes, ſerici crudi & combuſti, margaritarum, ſmaragdorum, ſapphirorum ana drachmam unam, oſſiū de corde cerui drachmam unam & dimidiam, boli armeni, croci orientalis ana drachmam dimidiam, conſeruæ cytoneorum, conſeruę roſarum rubrarum, meliſſæ ana drachmas duas, cōſeruę citri, conſeruæ bugloſ.

ana drachmas tres, zaccari roſati, zaccari candi, panis zaccari albi, ana uncias quatuor. fiat electuariũ in tabulis cum aqua roſata, & deauretur.

De uermibus puerorum.

Scias ꝙ omnes infecti cũ uermibus, poſiti ſunt in magno diſcrimine: quare de melioribus eſt, uti præuiſione. Dabis autem hunc puluerem contra uermes puerorum, & detur ad minus per quindenam. Recipe cornu cerui uſti, ſemi. abſinthij, ſe. zedoariæ, nucleorum perſici uel loco ipſius amygd. amararũ, ana unciã dimidiã, ſem. zedoariæ maceretur in aceto, poſt deſiccet, & fiat de omnibus pul. Emplaſtrũ contra uermes. Recip. ſucci abſin. menthæ criſpæ, fellis tauri, ana uncias duas, farinæ lupinorũ unciam dimidiam myrrhæ, fol. perſici abrotani puluerizatorũ ana drachmas duas. miſce, addẽdo ſi opus eſt* fellis tauri & farinæ lupinorum. fiat emplaſtrum ſupra uentrem per noctem. Et inunge anum cum butyro & zac. Et nõ fac enemata pueris ex rebus amaris, ne uermes aſcendant, & pereat puer. Sed melius eſſet facere enema ex modico lacte tribus uncijs lactis, cum uncia dimidia zacc. ut uermes trahantur ad inferiora uentris.

Compoſitio pulueris contra uermes.

Item ſi pueri plus ſolito inflammantur, fac epithima eis ſupra cor & pulſus manuũ. Recipe aquæ roſa. rub. fragrãtis odoris uncias quatuor, aquæ uiolaceæ uncias tres, endiuiæ, nenufaris ana unciã unã, aceti uini unciam dimidiam, camphoræ grana ij. fiat epithima.

Epithima.

Item tempore calido & æſtate dẽt pueris, etiam prægnantibus pauperibus, de herba acetoſa buccellã ex aceto maceratã. Itẽ idẽ fiat cũ herba ſcabioſa

Item tempore frigido da caricam unā cum iuglan de & puluere rutæ & modico ſale conſperſam.
Item pueris & prægnantibus pauperculis poteſt dari aqua acetoſæ aut ſcabioſæ cum uino modico in hyeme: in æſtate, cum tribus guttis aceti & pane toſto.

Cap. XII. De remedŋs in generali, iuxta opinionem Doctorum.

QVia libri doctorum ita abundant in receptis, ut etiam uacillare faciant exercitatum: quare decreui aggregare meliora remedia doctorum de hac re ſcribentium, ut dogmata inde ſumere uolentibus, labor inquiſitionis abſit. Fac ergo pie deus præceptorum horum aggregationem felicem, de theſauris largitatis tuę cuncta felicitans.

Electuariū liberantis deſcriptio.

Electuarium precioſum & cordiale, præſeruans in peſte, & eſt liberantis. Aliqui autem huic addūt, aliqui minuunt, prout cuiq; cordi eſt. Recipe radicū tormentillæ, ſeminis acetoſę, ſeminis endiuiæ, ſeminis citri, coriādri præparati ana drach. tres, margaritarum perforatarum, coralli albi, & rub. carabe, limaturæ eboris, ſpodŋ, oſſiū de corde cerui infuſorum in aqua roſata, ana drachmam dimidiam, ben alb. & rub. deronici romani, cardamomi, macis, ligni aloes, cinamomi electi, croci, zedoariæ, xylocaſſ. ana ſcrupulum unum, ſmaragd, hyacinthor, granatorum, ſerici crudi minutim inciſi, ana ſcrupulum dimidium, camphoræ, gra. vŋ. ambræ, muſci ana gra. iŋ. omnium ſandal. ana drachmam unam, boli armeni, terræ ſigillatæ ana drachmas tres, auri puri, argēti meri ana ſcrupulum dimidium, conſer

ue roſarum rubrarum, bugloſſ. nenufaris ana unciam dimidiam, zaccari roſati, zaccari candi, penid. ana unciam unam, zaccari tabarzed uncias xxv., aquæ roſatæ & bugloſſ. quātum ſufficit ad incorporandum. fiat electuarium, incorporetur.

Et aliqui addūt iſtis hæc, ſ. granoꝶ iuniperi drachmam unam, baccarū lauri, uincetoxici, gentianę, enulæ, diptami, pipinellæ, draguntęæ, ariſtologiæ utriuſq;, morſus gallinę, hypericonis, ſcabioſ. herbæ tunicæ ana drachmam dimidiam, quatuor ſeminū frigidorum maiorum & minorum ana drachmā unam. Sed ego nequaꝗ imponerem ſemina iſta frigida in hac noſtra regione, niſi eſſet tempore caumatis, & complexio multum calida, & febris multum æſtuans. Mithridati tyriacæ electæ ana unciam unam & dimidiam, aceti uncias duas & dimidiam, & fiat confectio in forma opiatæ. Et ſcito ꝙ primum ſupra poſitum, uenditur in apothecis, & dicitur, liberantis in tabulis. Hoc autem in forma opiatæ cum tyriaca & radicibus & alijs bezearticis, etiam dicitur liberantis, & eſt maioris efficaciæ, licet ſapor non ſit adeo acceptus. Et aliqui adhuc addūt alia ex ſpeciebus compoſitis, pura diambra, diacameron, ſed non ſunt neceſſaria, ſi tu conſideras ingredientia.

Puluis Bartholomæi de Montagnana, ꝑſeruans à peſte adeo, ꝙ nunquā uidit aliquē mori qui uſus eſt eo. Recipe cinamomi electi unciam dimidiam, radices diptami, gentianæ, tormentillæ ana drachmas duas & dimidiam, ſeminis citri, acetoſ. ana drachmas duas, omnium ſandalorum, ſeminis ozimi ana drachmam unam & dimidiam, margarita- Efficaciſſimus Bartholomęi Mōtagnanę puluis contra peſtem.

rũm,ſapphirorum,oſſiũ de corde cerui, ana drach. unã,boli armeni unciã unam,fiat pul. Si electuariũ facere uolueris,Recip. huius pul.unc. unã & dimi. zãc.lib.unã.diſſoluat zacc.in aqua ſcabioſæ,& poſt comeſtionem potet modicum aquæ acetoſæ.Scias ꝙ pul.iſte multũ præſeruat,facta prius mundificatione corporis.hoc enim præſupponitur in omnib⁹. Et tu utere ſi libet,ego non utor.nec mihi deum facere uolo ex homine.

Alius puluis.

Electuarium contra peſtem ſecundũ dñm Benedictum de Nurſia,phyſicum illuſtrem,& ponitur in lumine apothecariorum. Recipe boli arme. diptami alb. myrrhæ,pipinellæ zedoariæ,ana unciam unã, tyriacæ Andromachi diſtemperatæ cum aqua uitę optimi uini, & diſtillatæ in balneo Mariæ unciam dimidiam,croci ſcrupulum unum,camphoræ,margaritarum non perforatarum, ſmaragdi, ana drachmas tres,tormentillæ, ſigilli marini(forte intelligit,deronici romani)ana uncias duas, ſeminis citri unciam unam & dimidiam,omnia puluerizētur et incorporentur cum ſyrupo de acetoſitate citri, & ex eis fiat electuarium, de quo detur uncia dimidia cum aqua meliſſæ ieiuno ſtomacho. Tollit fœtorē peſtilentię,& extinguit omne uenenum in cordę & toto corpore.Et tantum de præſeruatiuis doctorũ illuſtrium dicta ſint.

Cap.XIII.De præſeruatiuis magis in ſpeciali,& de quibuſdam regulis neceſſarijs.

PRima regula:Corpora Germanorum in maxima humiditate bene degunt,& præſeruant humidis, Conſeruatur eñi quodlibet in loco

ſibi connaturali, & nutritur eiuſdem complexiõis cibis, quibus per generationem conſtituitur. Et regio noſtra eſt frigida & humida, quare phlegmatis eſt generatiua et ſanguinis. nec ſic cholera moleſtat nos, quẽadmodum Italos, Gallos, aut alias gentes. Nec melancholia multiplicatur in corporibus noſtris, niſi quis Italicatus, uiuere uoluerit more eorũ: aut cibo groſſo & malo, ieiunijs & uigilijs ſe macerauerit, ſicut religioſi. in his enim melancholia multiplicatur. Secundum communem curſum autem paucos inuenies melãcholicos in Germania reſpectu Italiæ. Errant ob id medici uehemẽter, qui more pecudum ſequuntur Italos, non ſolũ in alteratiuis, uerum & in laxatiuis: euacuantesq́ꝫ humorem non euacuandum, exponunt ægrum perditioni & morti. Nihil enim ita repetitur ab optimo Hippocrate, ſicut illa: Si qualia oportet purgari, purgẽtur: & conferunt, & bene ferunt: contraria uero malè, & contraria importunè. Lege & uolue oẽs libros Hippocratis bina uice, uix aliquid ab eo repetitur. hic aphoriſmus quinqes, ne deſiliret medico à mente. Et mente tene, quòd omnes ſic practicãtes, nunquam proſperantur in curis eorum, niſi aliquando caſualiter. Quare Hippocrates bene dixit: Dandũ eſt aliquid regioni, & tempori, & ætati. Sed de alteratiuis & præſeruatiuis nobis ſermo erat, à quo abſceſſimus. Quia corpora noſtra humiditate plus participant, non ponat medicus practicans multũ de bolo aut terra ſigillata, præcipue in hac peſtilentia & tempore hyemali aut complexione frigida: qm̃ uehementer errat, ſi ſecus fecerit. Et ratio eſt, qa hæc ſicca & frigida multiplicata in corporibus

Temperamentum Germanorum reſpectu Italorum.

naturaliter humidis, neceſſe eſt primo incarcerent humiditates &ingroſſent,& oppilationes generēt: oppilatio autem fortis facta putredinem, putredo uero peſtilentiam:quia eſt antecedens eius cauſa. Sed inſtaret ſophiſta. Quia corpora Germanorum ſunt humida, igitur plus deſiccāda:contraria enim contrarijs curantur: ergo bolus & terra ſigillata, ſunt ex medicinis magis appropriatis.Non ualet ar gumentum. Tu ſcis ſophiſta tritum aphoriſmum Damaſceni: Oportet medicinam fieri ad ſimilitudinem operantis naturæ, & non ſecundum quod uideatur iuuamētum abſq; ratione. Siccum enim mēbrum,ſicciori medicina conſolidandum eſt:humidum uero econtra,ut Galenus de ingenio in multis locis. Et ſcis item,ꝙ complexio aliqua alicubi gētium congrua exiſtit, ſecūdum cōparationē alicuius climatis & alicuius aeris. Corpus nanque Indi cum ſecundum complexionem Sclaui qualefiet, aut infirmabitur aut morietur,& econtra,prima fen primi. Et ſcis ꝙ qui terras inhabitant ſeptentrionales, humidiores ſunt:&qui artes exercent aqueas,ibidē ut ſupra. Sed dic mihi,quid prodeſt aut quid importat drachma una boli,commixta cū libra una phlegmatis? An ne deſiccabit illud ſucceſſu temporis? Sed quid uncia faceret in lib.humidi? Dicis ꝙ præſeruat à putredine: quoniam frigidi & ſicci eſt, non putreſcere. Erras ſophiſta, & es ſicut puer à natiuitate,neſciens mundi latitudinem ultra domū extendi, aut ultra q̄ oculus cōſpicere poſſit. Putredinem nunq̄ amouebis in corporibus Germanorum hoc ingenio, imò putredinē generas hac tua phantaſia, propter rationes ſuperius allegatas, quia incarce-

Prohibet uſus boli in corporibus Germanorum

ras humorem. Quare ſucceſſu temporis malignat humor,& incuneatur in aliqua particula corporis debilioris: & ſic eſt cauſa generationis anthracis, aut alterius maligni apoſtematis.

Secunda regula: Ne corpora Germanorũ cāphora multa infrigidentur, licet iuxta cõſilium Haly iij. techni, id commēdetur plurimum. Magna enim eſt diſtātia inter corpora noſtra & Græcorum.

Tertia regula: Ne crocũ aut myrrhã multiplicemus in præſeruatiuis, propter rationes ſuperius dictas in pillulis, ſed ſumatur de croco in parua quantitate, non in magna, ſicut ille homicida fieri iuſſit cum duo, de quo infra dicemus, ſi tēpus permittit. Nam ribaldi tales componentes receptas, deberēt infinitis tormentis diutius torqueri, ut pœna unius multos auerteret. — *De croco.* — *Auſcultā diligētius*

Quarta: Non imponat medicus traulis hęc infrigidātia quatuor ſemina maiora & huiuſmodi. Scis quid cum frigiditate ſua limoſitas pariāt. Et ſi qs ſophiſtarum oppoſitũ dixerit, recordetur aliquando ſe cum Germanis eſſe, & non cum Arabibus.

Quinta regula: Non multiplicet medicus zaccarum aũt conſeruas, præcipue tēpore æſtatis. Scias inſuper ꝙ confectio illa ſuperius poſita, liberantis in tabulis, ſine alijs bezearticis parũ prodeſt. Longe melior eſt confectio illa in forma opiatæ. Sed laſciuia medicorum cupiens complacere ægrotantibus, infinitos perdidit.

Sexta: Attendat medicus ꝙ ſemper iuxta cõplexionem ſumentis, alterandæ ſunt receptæ. Aliquis enim humidum naturaliter habet ſtomachum, cui ſingularis medicina conduceret, & nõ uniuerſalis.

Phlegmatici quale remedium dandum.

verbi gratia: Sit homo phlegmaticæ habitudinis, ſolicitus circa ſtudium, de facili à groſſis cibarijs læditur:& cum hoc hepar habet debile, molle & infrigidatum: cuius color ob id plumbeus eſt, & eructationes patitur, cui ordinarem hoc præſeruatiuum. Recipe trociſci diarodonis drachmas duas, trociſci de reubarbaro drachmam unam, trociſci de abſinthio drachmam dimidiam, radicum tormentillæ, radicum diptami, zedoariæ, baccarum lauri, ſeminis aniſi, carui, coriandri ana drachmam dimidiam, ſpicæ celticæ, radicum enulæ, meu, phu, catariaci, ſandalorum rub. corticum citri ana ſcrupulũ unum cum triplo zaccari. fiat tragea. Scis nanque Damaſcenum dicentem: Ad nimiam humiditatem ſtomachi, ſubtilem puluerem damus. Sit alius cũ multo ſenſu capitis ſæpius incurrens ſodam ex parte indigeſtionis, ob id lippientes habet oculos. Cui ſubueniendum eſſet tali remedio. Recipe ſpecierum pulueris diambræ drachmã unam, pulueris aromatici roſati deſcriptione Gabrielis drachmam unã & dimidiam, & iuxta diuitias adde pliris & alia. Pro pauperculo autẽ ſeminis mararri unciã dimidiã, eufraſiæ drachmas duas & dimidiã, foliorum betonicę, granorum iuniperi, baccarũ lauri, ana drachmã unam, radicum diptami, pipinellæ, radicum pæoniæ, ana drachmam dimidiam, coriandri præparati, catariaci, carabe, ſpicæ romanæ, radicũ enulæ, zedoariæ ana ſcrupulum unum, ſyrupi ſucci acetoſæ, drachmam dimidiam, aut tyriacæ diateſſeron. drachmas duas cum melle deſpumato, fiat Electuariũ. Et ita medicus ordinet receptas iuxta diſpoſitiones patientum, & non una forma calcei oĩes calceet.

Tragea bona.

Ad lippientes oculos remedium.

Varie etiam oportet uti pharmacis. aſſuefacta em̃ tempore procedente accipientis natura, contemnit pharmaci uirtutẽ. Subalterare igitur oportet pharmaca. Galenus V. ſanatiuæ diætæ.

CAP. XIIII. de medicinis laxatiuis & præſeruatiuis, & de remediis pauperum.

GErmani his dapibus menſas onerant: Ferinis, capreolis, leporinis, caponibus, perdicibus, coturnicibus, porcinis aſſis, & domeſticis multis. pocula ponunt quàm plurima. in eorum conuiuijs nulla indigentia. Saxones replentur etiam larido crudo, caulibus capitatis, allecis crudis, anguillis fumigatis. Nec poculis parcunt, quin fœcundi calices ſubſequuntur. Oro, dic mihi medice, quæ cholera his innaſcitur. Sed poſtquam quies epulis, menſæq; remotæ, Crateras magnos ſtatuunt, & uina coronant. Quę dementia illorum, qui toto tempore uitæ ſuæ inſiſtunt purgatiõibus cholerę, in his dantes uel Electuarium de ſebeſten, uel Electuariũ de ſucco roſarum, Confectiõem de manna, reubarbarum, mirobolanos infuſos: nec ſolum in febribus, uerumetiam in morbo illo Herculeo carbunculorum Franciæ, ubi etiam elleborus uterque, coloquintida, & his acutiora, uix morbum aut materiam morbi commouent? Conſiderent antiquorum practicas & inſtrumenta fortia & appropriata, & quàm paruam habent conuenientiam cum his Italicis curis, Italia enim laborat febribus, tertiana, pura, & quartana, & fluxu ſangui-

Saxonũ cibus.

Vergilius

nis, Germania autem quotidiana, & tertiana notha, & quartana notha, & febribus erraticis plurimum laborat. In quo errant & medici, credẽtes nothã eẽ nomẽ adiectiuũ, cũ ſit dictio Græca q̃ aſpirat. Vñ nothã cholerã dicimus, nothã febrẽ, tertianam nothã & quartanã: hoc eſt, adulterinã & non uerã. Nam cholera notha exponitur à medicis, id eſt, famoſa, quod falſum eſt. Nam cholera illa non eſt famoſior quàm citrina. In quo errauit Gerardus Cremoneñ tranſlator Auicennæ, & omnes eius ſequaces. Vnde pueri diſcimus, in carminibus pedum alij legitimi, alij nothi. Sed de medicis, qui in Germanicis morbis ſequũtur Italos & ſibi ſapientiã adimũt, qui ſine ullo iudicio inuẽta aliorum probant, & ab his pecudum more ducuntur. His medicis miſſis, dabis iuxta naturam complexionis, uel Electuarij Indi unciam dimidiam, electuarij de ſucco roſarum drachmam unam, miſce, fiat bolus. Dabis cum brodio appropriato.

Pro ſenioribus & debilibus, Recipe caſſiæ extractæ drachmas ſex, electuarij Indi drachmam unam & dimidiã, uel ſine electuario Indi, turbith gũmoſi ſcrupulum unum, zinziberis, ſpicæ ana grana duo cum brodio gallinæ, unciam unam & dimidiam ꝓpina in aurora. In melancholico autem, aut prurigi noſo, recipe confectionis hamech ſecundæ deſcriptionis drachmas quinq;, aquæ lactis uncias duas, miſce, fiat hauſtus.

Nolo multiplicare receptas, quia in his inquirendus eſt medicus bonus: qui iuxta naturas uniuſcuiuſq; ordinare poſſit primo digeſtiua. Nam digeſta medicari, & nõ mouere cruda niſi in principijs &c.

cum totus iſte liber non eſt ſufficiens informare ali quem non medicum, quia omnia chartis depingere non ualemus: eſt tamen excitamentum & exercitatio medici ſtudioſi. Nam ferrum ferro acuitur: & ueritas ſæpius agitata, magis ſplendeſcit in lucem.

Ignoſcant mihi ſtudioſi medici. non enim eos prouoco, ſed æmulos meos, qui maledicam linguam ſuam non cohibent. Eſſet autem bonum, ut illi ueſperi daretur de tyriaca diateſſeron, quem mane purgare intenderemus circa drachmam unam & dimidiam, uel drachmas duas. Modus autem ille mihi plus conducere uidetur, quàm adminiſtrare attractiua ex ſtercore columbino, ſicut ſenex ille Auenzoar præcepit. Et ut uerbis utar Galeni X. libro de ſimplici medicina, Maximum dedecus eſt, hominem ſapientem, comeſtorem ſtercorum dici, aút ſudoris & urinæ. Magnam quidem fieri oportet medicinarum penuriam, ut quis his utatur, ubi terra noſtra Germanica tot tantarumq́ rerum ſit referta ornataq́, ut uix parem aliquam inuenias. Et quia ſuperius mentionem feci de quibuſdam pillulis ordinandis in diſpoſitione corporum Germanorum, ſic ordinari facias pro debilioribus: Recipe maſſæ pillularum de hiera, drachmam unam, pillularum de maſtice, drachmam dimidiam, agarici trociſcati ſcrupulum unum, zinziberis, ſpicæ ana grana tria, cũ aqua radicũ enulæ. fiant pillulæ paruæ.

Ridetur Auẽzoar ob medicinam ſtercoream.

Pillulę aptę pro germanorũ corporibus.

Pillulæ aliæ: Recipe aloe ſucotrini ſcrupulos duos, puluerſ hierę ſimplicis, agarici trociſcati ana ſcrupulum unum, myrrhæ ſcrupulum dimidium, croci grana quinq́, zinziberis albi, ſalis gemmæ ana grana duo: pro principe, limaturæ auri grana quinque,

cum aqua acetoſæ. fiant pillulæ paruæ, & deduren tur pro principe. Sed nota quod pillulæ iſtæ, & pillulæ alefanginæ, & pillulæ lucis, parum mouent aut omnino nihil in ciuitate Brunſuicēſi: imo aureæ cochiæ datæ ſecundum doſim autorum, quantumcunq; recentia & bene diſpenſata, nihil mouent, ſicut expertus ſum ante annos XII. uel XIII. Quare ſubalterare oportet pharmaca, & notandæ ſunt inhabitatorum ægritudines, & ad quas ſint procliuiores. Hoc igitur modo uariandus eſt ordo medicinarum, quæ omnia chartis depingere non ualemus. Quare oportet medicum naturaliter eſſe ingenioſum, ſicut recitat Galenus in multis locis. Si medicus X. millium librorum inſpector fieret, nihil utilitatis in ſe haberet, niſi & ſynethicæ eſſet naturæ. Et Damaſcenus in aphoriſmo. Ingenium, inquit naturale medici adiuuat naturam & artem. De quibus Hippocrates in de lege: Primum quidem opus eſt natura, ſuper om̄ia habeat hanc: hac enim contrà operante, uana ſunt omnia. Et ſubdit: Amplius autem, inducere laborem in tempore multo curando. Tempus autem corroborauit omnia. Nouent iuniores & ſibi prudentes.

Pſal. 40. Sed quia propheta beatum dicit, qui intelligit ſuper egenum & pauperem, nolo multiplicare receptas pauperum, ne fraude aromatariorum opprimantur: ſed ponam ſimplicia, quæ ipſis pauperibus conducunt. Primum eſt: Capiat de mane pauper de puluere ariſtologiæ rotundæ circa drachmā unam, ſi fortis eſt, uel ſcrupulos duos, uel ſcrupulum unum, pro pueris, bibat cum cereuiſia calida.

Pauperū remedia peſtis tempore.

Eccle. 38. Et gratias referat domino deo, qui de terra creauit

medicinam; benedictus in ſecula. Nam ipſa radix purgat à præcordijs & à ſpiritualibus, reſiſtit putredini ſicut myrrha; nec quantitas eius inducit nocumenta ſicut myrrha: nec, niſi mulier eſſet prægnãs, noceret; quia prouocat fortiter menſtrua. Quare pauperculæ tales ſumant modicum de radice tormentillæ, mixto melle, & commiſceant ſi poſſunt, & ſumant hanc medicinam contra uentoſitates prægnantium. Recipe ſeminis carui unciam dimidiam, coriandri præparati, radicum tormentillæ, radicum enulæ ana drachmam unam, cum copia mellis deſpumati. Sumat prægnans mulier, & aliquando capiat panem toſtum de mane cum uino: & ſi habet, amygdalas cum zaccaro aut melle. Pauperes alij non prægnantes, capiant de mane de puluere abſinthij quãtum uoluerint. Nam aperit oppilationes hepatis, ſtomachum à putredine ſeruat, & cuſtodit hominem cum fortitudine à peſte, & ab alijs liberat ægritudinibus. Et ſi groſſi ruſtici non abhorrent, caperent abſinthium in puluere cum urina propria, & in perpetuum cuſtodirentur. Pauperes etiam qui coguntur uiſitare infirmos, teneant in ore radicem enulæ: quoniam eſt cordialis, & præſeruat etiam ipſa radix ſumpta. Sed prægnantes mulieres deferant in ore radicem tormentillæ, & odorent acetum & mentham, & panem toſtum tinctum aceto. Et tantum de pauperibus & de eorum præſeruatiuis.

Pro prægnantium ventoſitatibus.

Abſinthiũ

Nota de vrina.

CAP. XV. de regimine ex parte cibi & potus in hac peſtilentia.

VVlgus imperitum non attendit regimen ex parte aeris, aut ex parte ſomni, aut uigiliarum, aut aliarum ſex rerum non naturalium. Quare breuiter de regimine ex parte cibi & potus perſtringamus. Ingluuies in hac peſtilentia multum perniciosa, abſtinentia ſalutaris: quare animalia hoc anno guloſa, aut ſaginata nutrimento multo, periclitantur. Corporibus enim humidam carnem habentibus, famem adhibere conuenit. Fames enim corpora ſiccat, ſeptima particula aphoriſmorum. Quare ſaluator noſter: Cauete, inquit, ne grauentur corda ueſtra crapula aut ebrietate.

Luce 21.

Rationabile ſit regimen illorum qui ſe præſeruare uolunt, ne crapula nimia ſuffocent calorem naturalem, aut abſtinentia indiſcreta inflamment corpus, & ægritudines generent. Nobis tamen qui ſumus in frigida regione, & tempus hyemale aduenit, melius conducunt aſſata quàm elixa, & omnia degentia in montanis, & quæ in montibus paſcuntur bonis herbis: quare capreoli, & lepores hoc tempore conducunt. Animalia omnia incluſa & ſaginata, repudiantur. Optima eſt caro hœdina, pullorum, pipionum, & gallorum iuuenum nondum coeuntium, caponum & ſylueſtrium auium, perdicum, coturnicum, ſturnorum & aliarum auicularum paruarum. A cacochimis & pacochimis omnibus abſtineant, quare caro porcina in omnibus peſtilentijs repudiatur. In hac autem eſt lœtale uenenum, non propter groſſum & humidum ſuperfluum nutrimentum eorum, ſed quia mortalitas eſt in porcis omnibus, tam in ſaginatis, quàm in his qui in ſyluis aut glandibus educati ſunt. Licet enim glan

Caro porcina cur in peſte ſit uitanda.

des incarcerent materiam in ſtomacho & deſiccet, & frigidæ & ſiccæ ſint complexionis, interiora tamen iſtorum animalium ita putrefacta uidi, ut digitis diſſoluerentur omnia ad inſtar putredinis. In cæteris etiam animantibus omnia interiora, capita & extrema, dimittantur. Ab omnibus uolatilibus in aquis degentibus, abſtinendum eſt tanquam à ueneno: ueluti eſt caro aucarum, anſerum, anatum. Omnia iſta animalia, uel propter aquam, uel propter ingluuiem, infecta ſunt. Abſtinendum eſt à piſcibus pinguibus groſſis, & qui in lacubus degunt: Ab omnibus groſſis, ſalſis & fumigatis, & quæ ſunt difficilis digeſtionis. Nam omnes ægritudines quæ præceſſerunt hanc peſtilentiam ultra annum, erant per concomitantiam ſtomachi in hac Saxonica regione. Abſtineant igitur ab his quæ ſtomachum lędunt, aut quæ cito corrumpuntur, ſicut à lacte tanquam ab inimico, propter uelocem eius corruptionem. Quare ſeptima fen quarti, de conſeruatione dentiũ: Qui conſeruare uoluerit dentes à putredine, abſtineat à lactæ, à piſciculis paruis, & à piſcibus ſalſis. Religioſi autem & qui quotidie piſcibus ueſcuntur, condiant cibaria ſua cum ſeminibus, aniſo, cymino, coriãdro, zinzibere, pipere, cinamomo, mace, cardamomo, & carui mixta aceto. Et reuera ſemina prædicta refracta cum aceto, ſine appoſitione aromatum, poſſunt rectificare omnem malitiam nutrimenti Anni præſentis, qui eſt Milleſimus quingenteſimuſſextus & ſeptimus. Quare gelatinæ hoc anno multum conducunt, cum decenti appoſitione mellis & aceti ad cibaria. Item almuria pro ſalſa, peculiaris eſt medicina: & ſinapis cum ſemini- *Ad cõſeruandum dentes.*

bus, coriandro, aniſo & alijs: & raphanus. Licet omnia * acrimonia ſanguinem acuāt & corrumpāt, uſus tamen horum conuenienti modo in hac peſte ſalubris. Et ſalſa de allijs, aut modica portio allij ſumpta mane & cum diſcretione, uires præſtat, aerem & aquam malam rectificat, iuxta uaticiniū:

Allij ſumptio bona.

Hunc ignotarum non lædit potus aquarum,
Nec diuerſorum mutatio facta locorum.

Sit autem allium non diſpoſitum corruptiōi, quemadmodum hoc anno omnia naſcētia ut plurimum putreſcunt, & fructus omnis corrumpitur, nec durat. Et iuglandes hoc anno mucore marceſcunt. In fructibus autem manifeſta eſt putredo, quare dimittantur, etiam ſi durare poſſent, propter humidum eorum uelociter corruptibile. Item uini potatores & qui uino delectantur, caueant à factitijs & ſophiſticatis, quæ licet omi tempore noceant, tempore autem peſtilentiæ propter uelocem uini penetrationem perforant, & penetrare faciunt cibaria indigeſta, & mala operantur, quæ non ſunt ſcribenda propter malignos. Lymphetur uinum hoc tempore cum aqua extinctionis ferri, aut aqua maſticis, licet cuncti de peſte ſcribentes, præcipiant regimen frigidum & ſiccum, ego in hac peſte præſentis anni dico oppoſitum, quia hæc peſtis potius requirit regimen calidum & ſiccum, pro cuſtodia ſaltem, non tamen exceſſiue calidum, ſed commenſuratum propter rationes nunc dictas. Nam ut ſupra retuli, cauſam primitiuam eſſe dixi ex parte aquæ & alimenti: & cauſam antecedentem oſtendi habere quid limoſitatis & uiſcoſitatis colloſorum humorum, quæ non ſunt infrigidanda, ſed potius tempe-

Uina factitia vitanda tēpore peſtis.

ſatè calidis ſubtilianda, incidenda, & cum tempore abſcindenda: quod quidem theſaurus eſt curæ illi, qui rectam uiam ingredi uoluerit. Amplius, peſtilentia præſens ab alimento eſt prauo & corrupto. Si extra animalium conſideres, quanta eſt uiſcoſitas & lubricitas in gallinis diſſectis? Si conſideras hepata mollia, diſcolorata & magna, ſi ſaporem aduertis & coctionem, quàm modico tempore coctionis, caro diſſoluitur ueluti res marcida & putrida? itidem contingit in porcina carne & alijs. Quare peſtilentia iſta chronicatur, & longo tempore permanet. Et licet cuncti in una contrata his alimentis uescantur, quidam tamen longo tempore præſeruantur, tum ex parte bonitatis digeſtionis, tum ex parte aliorum cibariorum interpoſitorum, quare non multiplicatur in eis putredo tanta, tum ex parte cruditatis, quæ contraria eſt putredini. Itaque conſumpta putredine tota, in hominibus peſtilentia ceſſat: & iterum aucta putredine, propter alimenta mala reuiuiſcit. Et ſic aliquando peſtis in aliquo loco ceſſat, & poſt tempus iterum reuiuiſcit. Quapropter (ut ſuperius dixi) his infrigidantibus & deſiccantibus propter multitudinem materiæ nemo poteſt uti ſine notabili nocumento: quia frigiditas non conſumit, ſed condenſat: quare poſt longum tempus incautos perimit. Non enim poſſibile eſt, tantam materiam infrigidare aut deſiccare ſine notabili nocumento rei uitæ, quia frigida & ſicca tabe ſeneſcimus. Poſſet quidem his infrigidātibus uti ad aliquod tempus, ſicut opiatis, camphoratis, & terris deſiccantibus. Diuturno autem tempore non poſſet, qn cuius extin-

gueretur calor naturalis. Conſulere autem debet bonus medicus præſentibus, ne occaſionem mali det futuris. Deoppilanda ſunt corpora noſtra, non oppilanda. Mundanda ſunt ocioſorum corpora, non incarceranda eſt materia bolo, aut terra ſigillata, aut alijs: nec his frigidis uti poſſimus in regione hac noſtra & tempore frigido, quemadmodum & illi qui degunt ſub torrida zona, & qui extraneo calore & proprio quodammodo maraſmantur, & uix oſſibus hærent. Modica ſiccitas, talia corpora cito releuat: Germanorum autem corpora ſucco plena, non releuat. nec nos, nec equi noſtri Afros curſu ſuperamus, q aqua modica & buccella panis ſuſtentantur. Dandum profecto eſt aliquid regioni, tempori, ætati & conſuetudini. Et ſi aduerſarius inſtaret, non tantum infrigidandum aut deſiccandum eſt, ut in tabem aut maraſmum incidamus?

Obiectio.

Commenſuranda, inquit, eſt frigiditas & ſiccitas, quoadusq; ſecuri erimus, ne humiditas ducat in corruptionē. Iſtis ſophiſtis in ſuis opinionibus permanentibus, reſpondeo: An ignorant quomodo deſiciunt ſeptētrionales modico cibo, & frigiditas aeris corpora Germanorum roborando condenſat & cōſtringit, ut ſicciora ſint beneficia uentris: niſi huberius parum potu humectent, præcipue apud illos qui utuntur cereuiſia, cum & ipſa cereuiſia fatiget calorem naturalem, quemadmodum & cibus, ſecus eſt de uino. Peſtilētia aūt præſens nō terminabitur, niſi rectificato alimento: qn uel uires reſumit poſtq̄ ad tēpus qeuerit, qa quotidie in nob; gñant humiditates corruptę ex parte alimēti. Nec pñt corpora tanto tempore his infrigidantibus & deſiccan

Reſpōſio.

[corpo]ribus uti ſine notabili nocumento: quare regimen calidum temperatè, & ſiccum in gradu altiori, conducit in hac peſte. Qui ſe ſaluos eſſe uelint, hac uia mecum ingredientur. Qui uero nō, ſemitas teneat aliorum: cum detrimento ſuo aliquando errata cognoſcet ſua, & ſe in Germania, & nō in Arabia eſſe intelliget. De fumigijs, de odoramentis, & de aere bono ſeptentrionali bene euentato, & de alijs, libri abundant. Coitus repudiatur ut hoſtis mortalis hoc tempore. Balneum autem conducit hoc tempore, non tamen corporibus repletis: ſiue repletionem intelligere uolueris quo ad uaſa, ſiue quo ad uirtutem. Nocet etiam, repleto uētre. Sed fiat cum diſcretione & fricatione deſiccantium in balneo ex ſale & modico uitriolo. Et ante ingreſſum balnei bibat modicum de decoctione ariſtologię lon. & abſinthij; & in exitu à balneo bibat aquam abſinthij & foliorum querci ana unciam unam, & non floccipendat hæc ſciolus. Potiora enim poſui in hac peſte neceſſaria. Vnuſquiſq; balnea cōmunia uitare diſcat. Omnia enim

Coitus in peſte periculoſus.

Notet qui uelit.

neceſſaria chartis
non ualemus
depinge
re

Secunda pars huius libri tractat de cura huius febris.

Cap. I. Et eſt digreſſio de pharmacia omnino neceſſaria.

QVIA particula ſuperiori de cauſis & remedijs præſeruatiuis dictum eſt, conſentaneum eſt ut huius febris curā dicamus. Et quia morbi remotio eſt cauſæ abciſio, cogimur primo aliqd de pharmacia uagari. Dubitatur in cura huius morbi, an catarticum conducat. Et uidetur quòd ſic. Cura enim morbi cuiuſque, eſt cauſæ abciſio. In peſtilentia autem eſt putredo ex parte humorum, uel ex parte aeris corrupti: qua remota, remouetur & morbus: igitur &c. Morbus autem inſtās, eſt ex ſuis cauſis primitiuis, & antecedēte in ipſo alimento corrupto. Corruptum autem omne euacuatione indiget: quare peſtilētia iſta catartico eget, uel cholagogo, uel melagogo, aut phlegmagogo, iuxta diuerſitatem complexionis laborātium. Item phlebotomia eſt uniuerſalis purgatio humorum.

Phlebotomia vniuerſalis eſt euacuatio

talis autem non ducit quale, ſed quātum. Nec ducit electiuè hunc uel illum humorem, ſed & bonum & malum. Nec ſemper malum, ſed ſæpius bonum, ut exemplificat Galenus lib. ſanatiuæ diætæ. & libro de ingenio. Quare ſuper omnia purgatio

& euacuatio facienda eſt in hoc morbo.

Contra, omne catarticum, ut plurimum, calidũ. Tale autem eſt attractiuum, & uelociter expulſiuũ. Hoc quidem aliquãdo commiſcet benignũ cũ maligno, & cõturbat naturam, igitur nullum tale conuenit in peſte. Prætere a, omne catarticum mouet materiam ad interiora, & à ſuperficie ad centrum. In omi autem materia uenenoſa hoc improbatur, igitur nullum catarticum eſt dandum. Amplius, catarticum omne uenenoſum, non eſt autem uenenũ apponendum ueneno: igitur &c. Maior probatur per diuum Io. Meſue in de conſola. medicinarum: Omnis, inquit, medicina laxatiua, eſt de genere uenenoſarum rerum, cuius exceſſus natura non pati tur. Non igitur catartico eſt euacuandum. Prętere a omne catarticum debilitat naturam. Super omnia autem uirtus conſeruãda eſt in hac febre, quæ cito proſternitur: uirtute autem proſtrata, æger periclitatur: nullum igitur catarticum dandũ in hoc mor bo. Aduertendum eſt diligenter de purgatione in hac febre, φ nulla euacuatio faciẽda eſt per catar tica in hoc morbo, etiam in morbi principio & uir tute conſtãte, niſi cũ cautela: quia natura intẽta eſt in expulſione materiæ uenenoſæ, ut eam expellat ad ſuperficiem & ad ignobilia. Medicus autem adiutor naturæ nõ debet impedire eam, ſed quocunq; locorum natura repit, illuc ducat medicus per conuenientes regiones. Nam ſi medicus iuuenis inexpertus fidem præſtat libris qui dicũt uniuerſalibus pręmiſſis, ſciat quòd infectis & iſtis nulla euacuatio uniuerſalis faciẽda eſt, niſi cũ phlebotomia. Ad quã tamẽ faciendã conditiones requirunt, ut infrà. Ego

Io. Meſue

Peſte laborãtibus nulla φ ſanguinis fieri debet euacuatio.

enim in cunctis peſtilentijs quibus operã dedi pra-
cticē, & alij mecum doctores, nunq̃ uidimus proſpe
rum ſucceſſum in catarticis, præcipue attractiuis.
Nam lenitiua aut compreſſiua ſimili caſu impedire
poſſunt naturam, quia propter lõgam moram con
turbant naturam: nec fieri poſſunt alia neceſſaria
dum protelatur operatio laxatiui, quare negligitur
ægrotus. Hinc parens noſter Hippocrates primo
aphoriſmorum: In peracutis paſſionibus raro & in
principijs pharmacijs uti, & hoc prius bene dijudi-
cantes facere. Infinita etiam ſunt quę prohibent da
ri catarticum, quæ hic propter prolixitatem non
opus eſt recenſeri. Nam non ſunt aliqui aſſueti me
dicina, & forte nunq̃ ſumpſerunt. Nec in hoc nau-
fragio natura aſſuefiet, quin periclitabitur æger.
Diligenter aduertat medicus, quòd etiam in conua
leſcentia laxatiua non ſunt adminiſtrãda: quia ſcin
tilla ueneni manens in corpore, trahitur per phar-
macum ad centrum, & moritur æger. Quare medi
cus clyſterijs lauatiuis & abſterſiuis ſemper leniat
naturã. Nec aliquo modo imponat de benedicta,
aut alio laxatiuo, donec ſecurus ſit. Sed ſingula be-
ne dijudicãdo faciat. Scias tamen, quòd materia hu
ius peſtilentiæ, eſt multa, & eſt tardi motus ratione
groſſitiei ſicut apparet. Ob id auſus fui in duobus
infectis in principio principiante mouere per catar
ticum, & certe ſine alio auxilio euaſerunt. Non ta-
men id faciendum eſt, niſi omnino conſtante uirtu
te, & in principio principiante.

Cap. II. Et eſt digreſſio utilis ſpectãs ad phlebotomiam.

DVbitatur, An phlebotomia conferat in hoc morbo. Et uidetur ꝙ non. nam phlebotomia quemadmodum & laxatiua medicina, trahit humores à ſuperficie ad cẽtrum, talis autem diuerſio non eſt bona, igitur &c. Amplius, phlebo tomia bonum quidem ſanguinem euacuat, malũ uero q eſt in primis maxime uenis, quæ ſunt ſecundum hepar & meſareum congregatur ad totũ * attrahunt corpus, ut inquit Galenus quarto ſanatiuæ diætæ, non eſt igitur phlebotomia facienda. Præterea in quibuſdam coagulatus eſt & groſſus ſanguis, quare difficulter fluit, hos tales præfomentare oportet, antequam incidas uenam, multis fricationibus & fomentationibus donec fluat, ut quarto regiminis acuto. Quam quidem operationem ruſtici facere dedignantur: quare ſubtile euacuatur, & groſſum remanet, quod maximi eſt periculi: nõ eſt igitur phlebotomãdum. Et ſummopere tibi caue, ne ægrum ad unam duarum perducas rerum, ſ. humorum cholericorum ebullitionem, & frigidorum cruditatem, quarta fen primi. Quare ſubdit: Tibi quoq; cauere debes à minutione in complexione uehementis frigiditatis, & in regionibus fortis frigiditatis, & in hora fortis doloris, & poſt balneũ reſolutiuum, & poſt coitum, & in ætate quæ eſt mi nor xij. annis, & in ætate ſenum, quantò magis poteris, niſi in figura confiſus fueris. Amplius quoque in corporibus fortis maciei, & fortis groſſitiei, & raris, & albis, & laſſis, & citrinis ſanguinem non habentibus, à minutione quantum tibi plus poteris, cauere debes. Amplius, in corporibus quæ prolixas perpeſſa ſunt ægritudines, caue tibi à phleboto

mia, niſi ſanguinis affuerit corruptio, quæ te ad hoc perducat, quoniam tunc phlebotomabis ea. A minutione præterea tibi cauere debes ſuper cibi repletionem, ne materiam non maturã, ad uenas trahas loco eius q̃d ab eis euacuaſti. Et oportet etiam ut cibi caueas ab ea in repletione ſtomachi & inteſtinorum, facta ex fæce iam conſecuta. Et ne faſtidium phlebotomes, aut habentem orificium ſtomachi debile, & multa alia prohibent phlebotomiam. Amplius, Chryſippus, Ariſtogenes, Eraſis & multi glorioſi medici, phlebotomiam à medicinalibus auxilijs omnino ſegregarunt, ut Galenus libro de phlebotomia. Igitur nullo modo phlebotomandũ. Sed oppoſitũ habetur apud ipſum Galenũ libro de phlebotomia. Maximum inquit iuuamentum ex hoc auxilio fieri laborãtibus, ſi quis eo congrue uſus fuerit. Teſtatur hoc ratio & experimẽtum. Et ſubdit idem in eodem: Non enim ſolum quando iã affuerit magna ægritudo, phlebotomiæ eſt tempus, ſed & cum ſuſpicabitur debens eſſe. Adhuc autem magis inqt: Si periculum immineat peripneumoniæ uel ſquinanciæ, uel pleureſis, uel alicuius alterius acutæ & uehementis ægritudinis, auferes autem ad plus cotylã unam. In quibus, inquit, tibi uideatur abundantis ſanguinis multitudo, quàm citiſſime tenta euacuare ipſum, antequã ad aliquã incumeetur principalium particularũ. Quocirca & per noctem non pigritabis incidere quandoq; uenam. Attendat unuſquiſq; conſcientiam cupiens ſaluare à ſcrupulo homicidij: Ne alicui ſuadeat phlebotomiam, niſi uirtute conſtante, & in principio principiante. Nam morbus iſte cum ilico proſternit

Caſus in quibus nõ liceat phlebotomiam exercere.

uirtutem, nullo modo facienda eſt phlebotomia, niſi omnino in principio. Aliâs ſi ſecus feceris, ponis ægrum perditioni. Nam poſt eius principium incuneatur materia ad aliquam particulam principalium membrorum. Et ſi tu aufers ſanguinem, aufers id quod reſiſtere debet, & inſtrumenta ſiue arma defendentia. Natura enim utitur ſanguine & ſpiritu in expellendis nocentibus, ſicut recitat Galenus quinto aphoriſmorum, particula: Quęcunque corruptę ſunt fœtus. Et natura nitit expellere uenenum hoc ad emunctoria ſua & ad cutem: quare phlebotomia tarde facta, impedit naturam, quæ ſagax eſt & ſolicita, quod huius ſolicitudinis non eſt finis. Quare in principio principiante attendat medicus habitum corporis, robur uirtutis. Et ſi conditiones ſuperius non impedierint, nocte uel die & quacunque hora, nouilunio & plenilunio phlebotomiam faciat in morbi principio, iuxta tubam ueritatis. Medicari in ualde acutis eadem die, ſi neceſſe fuerit. Differre enim in talibus, malum. Itaque quibus opus eſt phlebotomia faciẽda eſt, ne cum Eraſiſtrato medicus ſanguitrepidulus nominetur. Didiciſti autem & forti pulſui cum qualitate, ut infallaci ſigno, credere ſemper de uirtute forti. Et aliquis ſexagenarius non tolerat aliquo modo phlebotomiam, ſeptuagenarius uero tolerat. Huius eſto memor. Eraſiſtratus quia cognominatus

Cap. III. An fortis motus conducat poſt phlebotomiam.

SCiunt omnes, docti pariter & indocti, ſophiſtæ & idiotæ, quòd poſt ſumptionem deliteriorū pharmacorum non eſt dormiendum, ne uenenum ad interiora trahatur. Quapropter ducũt uulgares nonnunquam patientẽ, trahentes ipſum manibus, & ſic cogunt patiẽtem ambulare ad multos paſſus: quod eſt omnino periculoſum. Nam laborans hac febre, multũ æſtuat, & ex incendio cordis inflammatur, quare continue anhelat aerem frigidum. Motus autem maiorem incenſionem cauſat, quare per irrationabilem motũ periclitatur æger. quod Hippocrates parens improbat, culpans medicum nomine Irodicum, inquit: Irodicus febrientes interfecit circulis, luctationibus, & multis calefactionibus, tertia particula epidi. Et Galenus de phlebotomia inquit: Nam quæcunq; fortiter calefaciunt, diſſoluunt uirtutem repentius, ut non adhuc ſufficiat in curatione &c. Non eſt igitur motio aliqua indiſcreta attentanda patienti. Nam multos confeſtim hac uia mori uidi. q̃ ſi cui acciderit contrarium, fortunæ magis quàm arti aſſcribat. Monſtroſitates enim accidunt in morbis, quemadmodum in creaturis. Noſtri etiam homicidæ, qui ungunt corpora in morbo Franciæ in æſtuarijs calidiſſimis, ſicut carnifices in igne adurunt & torquẽt, infinitos occidũt, licet aliqui bene fortunati, ex his tormentis euadant. De qua cura tormentaria in fine parum dicam, ſi tempus admiſerit. Calidum, inquit Hippocrates, nocet hoc frequenter utentibus, carnium effœminationem, neruorum incontinentiam, mentis ſtuporem, fluxum ſanguinis, defectiones ſpiritus, quibuſdam uero & mors ſequitur. quin

Irodicus.

ta parucula aphoriſmorum. Hac etiā ſtultitia obſtetrices noſtræ occidunt innocentes & nouiter natos in balneo calidiſſimo. Quam ſtultitiam deprehendit Galenus primo libro de regimine ſanitatis: Quare, inquit Galenus, non eſt intingēdus puer in aqua fluminis ut ignitum ferrum, ſicut faciunt Germanici mox cum exierit à matrice. Hac indiſcreta uia gradiuntur noſtri Germani in peſtilentia, ponentes patientem in æſtuarium: in quo ipſe periclitabit cū ratiōe aeris cōcluſi, tum ratione caloris & aeris nō euentati: in quibus occiduntur. Nec eſt poſſibile quòd aliquis euadat, niſi quem deus ſpecialiter uoluerit conſeruare: nec ſolum ipſe periclitatur, ſed & aſtantes: cum poni debeat in aerem bene euētatum, uerſus ſeptentrionem aut orientem, & aer ſæpius fumigationibus rectificandus eſt, & irrorādus eſt locus aqua roſarum & aceto, & aſtantes ſe & linteola ex his aquis conſpergant, & ſæpius odorent. Et ad nares ægri ponatur linteum his humectatum.

Obſtetricū imprudentia.

Qualis habitatio laborātis pe ſte eſſe debeat.

Cap. IIII. De ſignis febris peſtilentialis.

Quia malitia huius febris non dat nobis inducias recte operandi, niſi cognoſcamus eius principia per ſigna euidentia: nec de cura aliquid rite peragemus, niſi per prognoſtica ſigna diffiniamus: operæprecium eſt, primo ponere ſigna huius febris. Primum ſignum & manifeſtum, eſt caliditas cordis cum cōturbatione. & ergo appetūt aerem frigidum, attrahentes ipſum auide cum multa apertione oris: quod prouenit ex multitudine

Signa febris.

uaporum malorum in ſpiritualibus concluſorum ex parte uenenoſitatis materiæ. Et ſic ſequitſecundum ſignum ex hoc, ſcilicet magnitudo anhelitus. Tertium ſignum, pulſus freq̃ues & paruus; tremor cordis, ſitis uehemens, exiccatio linguæ cum aſperitate & nigredine uel citrinitate: exeũtia ut plurimũ fœtent, egeſtio & urina. Sed cum anhelitus eorum fœtet, caue tibi à cura: completa eſt ægritudo, commendes ipſum medico ſpirituali. Iſti febricitantes moleſtãtur magis in nocte quàm in die. Et accidit in eis caſus uirtutis & ꝓſtratio appetit⁹. Itẽ poſt uomitũ & poſt fluxũ aliquãdo cadũt in ſyncopim, & moriũtur. Et quãdo uides caſum uirtutis, & ægrũ attrahentem aerem cum auiditate, & ſibilãdo emittit & expellere nititur uapores uenenoſos cordis, ſcias hunc fore infectum. Vrina eorum in principio eſt ſubcitrina cum turbiditate: aliquando rubicunda, ſcilicet ſucceſſu temporis. Sed ut plurimum ſine hypoſtaſi apparet. Aliquando eſt ſicut diſpoſitio ſani hominis, & tamen moritur æger.

Cõcitatus anhelitus peſte infectorũ quare

Cap. V. De ſignis prognoſticis & morituris, in quibus nulla cura profert.

SCias quod neminem uidi euadere quorum anhelitus fœtet, aut quorum ſanguis minutus fœtet: quoniam putredo cõfirmata eſt. Item illi qui euomunt aut egerũt materiam nigram, aut diuerſam, ut plurimum moriuntur, iuxta illud Hippocratis: Aegritudinibus quibuſcunq; incipientibus, ſi fel nigrum ſurſum aut deorſum exierit, mortale: & non eſt imaginabile, quod materia bene & cretice moueatur, cum fiat ante eius digeſtionẽ,

Item omne ſyntoma deijciẽs uirtutem cum pertur batione loquelæ, uirtutis motiuæ aut appetitiuæ in principio morbi, ſignificat copiam materiæ uenenoſæ ſparſam per om̃ia membra, mortale. Hunc commendes medico ſpirituali. Scias ꝙ nec ipſe parẽs Hippocrates cum ſua ſecreta medicina, nec ipſe Galenus cum ſua tyriaca optime fermentata, hos curarent. Sed relinquitur cura iſta ſummo & excelſo medico. Scias inſuper ꝙ om̃es cacectici, aut peſſime colorati tempore ſanitatis, ſicut ſtudioſi qui dant operam literis, hi nunquam ſunt bene colorati: tales male colorati, non ex ſtudio aut alia occaſione manifeſta, ut plurimum moriuntur: quia opilatio fortis eſt in his, & retentio malorum humorum. Secus autem eſt de ſtudioſis, licet propter debilitatem digeſtiuæ etiam multiplicentur in eis ſuperfluitates. Iure igitur priuilegiantur, qui propter commune bonum abbreuiãt ſibi uitam. Sed heu id in Saxonia non attenditur. Studioſorum vita breuis eſt

Item omnis fluxus muſcilaginoſus, ſudor frigidus, uomitus diuerſus, ut plurimum iſti moriũtur. Nemo medicorum his uitam promittat.

Item omnes puſtulæ, om̃is bubo aut apoſtema apparens poſt duos uel tres dies, uel quãto tardius, tanto peius, ſignificat naturã fore debilem in expellendis nocentibus: in fine autem eijcit aliquid propter multitudinem materiæ. Deijcitur enim nonnunquam uenenum, mortuo iam homine, & uires ſuas oſtẽtat, nõ regulato à calore aut uirtute. Quare aliqui eorũ intumeſcũt, aliqui diuerſimode colorãtur. uenenum igitur poſt mortẽ magis eſt uerendum. Et ſcias quod peſtilentia cum uermibus, ſicuti

in guloſis & pueris, i magno ſunt diſcrimine, & uix euadent. Et quia flagellum eſt ſummi & excelſi dei, ſcias ꝙ pulſus eſt bonus, urina eſt bona, & tamen æger moritur. Et mirum, plures ridēdo uidi mori, & uix ore compoſito à riſu, in antiquā Marchiam profecti ſunt. Quare timete deum, & date honorē, qui de terra creauit medicinā benedictus. Ipſe propter peccata noſtra cæcas peſtilētias immittit, quarum cauſę medico non ſunt notæ. Non culpetis igitur medicos, ſed facinora ueſtra confitemini, pœnitentiam agentes.

Prouerbiū
Apo.14
Eccli.38

Cap. VI. Quomodo hæc ægritudo multiformiter incipit.

SCias quòd peſtilentia Anni præſentis, eſt in humoribus principaliter & initiatiue, licet in ſpiritibus conſummationem & denominationē ſuſcipiat. Humor enim corruptus, per uiam congeſtionis, primo labitur ad membrum debile: quo læſo, inficitur poſt uitalis ſpiritus, & ſic diuerſimode incipit. Aliquibus incipit cum apoplexia, aliquibus cum epilepſia, aliquibus cum peripneumonia, iuxta corporum diuerſitates: aliquos inuadit cū pleureſi, aliquos cum tuſſi, aliquos cum dolore dētium aut oculorum, aliquos cum puſtulis linguæ, gingiuarum & tracheæ artereæ, uti iam uidi in duabus monialibus, quia degebāt in locis rheumaticis, & ueſcebantur lacte quotidie. Aliquos inuadit cum cholica, aliquos cum dolore renum, aliquos inuadit cum paralyſi, aliquos cum podagra. Et uniuerſaliter & breuiter, inuadit cum omnibus ſyntomatibus quæ occurrere ſolent infectis. De quibus ſingulis propo-

nebam deſcribere remedia, ſi non indignarentur le gentes. Liber etiam immenſus uix caperet, quare à propoſito deſtiti. Quæcunqꝫ igitur accidentia hominem moleſtāt, hoc tempore ſuſpicio ſemper habenda eſt. Sis igitur cautus, & cum uelocitate cogites ſuper euētum ægritudinū, & non te lateat diſpoſitio horæ pſentis. Hoc eñ ſpectat ad bonū & perfectū medicū, ſicut habetur iij. prognoſticorum.

Cap. VII. De ſyntomatibus & accidētibus malis, quæ apparent in peſte.

IGnoſcat mihi princeps illuſtriſſimus. Cogor enim propter breuitatem tēporis imperfectū relinquere opus, quod animo propoſuerā mittere conſummatum. Obmiſſa ſunt multa, truncata ſæpius eſt oratio, nec illucidata aut fucata, put principi tanto conduceret: nec me ob id culpent ignorantes, cum infinita à medicis & prædeceſſoribus meis in his obmiſſa ſint, quæ neceſſaria eſſent ad illuminationem futurorum. Pauca enim aut uix ulla inuenies in his, quæ non ſunt neceſſaria medico, licet deſidioſis plixior uideatur doctrina. Nam culpare errores de tyriaca, aut de pillulis peſtilentialibus, nemo rite ualet pbare, niſi & error oſtēdatur. Dicit nanqꝫ Philoſophus ſecundo poſteriorum: Primo quærimus de re, ſi eſt: & ſciētes ſi eſt, quærimus quid eſt. Et uolentes oſtendere ſi eſt, oportet ꝙ ſimul oſtendamus quid eſt. Quare in hoc opuſculo nihil eſt ſuperfluum, ſed propter breuitatē temporis obmiſſa ſunt multa à me & à medicis. Et ratio: pauci reperiuntur medici, qui ſe in multis peſtilen-

tijs exercitarũt, aut in magnis ciuitatibus practica-rũt. Quare nihil ſcribere aut docere poſſunt de ſuis experientijs, ſed de ſcripturis aliorum gloriantur. Hoc autem à me improbatum eſt in principio huius, quomodo peſtilentia una differt ab alia. propterea Auẽzoar capitulo de apoſtemate nuchę inquit: Et eſto certus quòd ſcientia medicinalis non operatur ab aliquo perfecte, niſi poſt lõgam & multam conſuetudinem & longam experientiam in ipſa, & nullo modo cum ſophiſticationibus logicalibus. Itidem ca. de ethica dicit. Quare commendatur ab Auerroe in fine Colligeth, propter longã uiri huius practicam & experientiam. Accidentia enim quæ concomitantur hanc febrem, quantum ad uirtutem animalẽ, ſunt dolor capitis, phrenesis, letargia, fluxus ſanguinis narium, nigredo linguæ, excoriatio oris. Accidentia ſpiritualium membrorum, ſquinãtia, tuſſis, pleureſis, peripneumonia, ſanguinis ſputum, tremor cordis, ſyncopis. Quæ uero ſunt ſtomachi & nutritiuorum, hæc ſunt: dolor ſtomachi, dolor hepatis, dolor iliorũ, dolor ſplenis, ſingultus, uomitus, ſitis, fluxus, conſtipatio uentris, retentiourinæ, & eſt peſſimum accidens & mortale, fluxus urinæ nimius: ſudor diaphoreticus, uarioli & morbilli, bubones, anthrax, & eſtiomenus. Et ſcias ꝙ ægritudo hæc diuerſimode incipit, ſicut ſupra dictum eſt. Et aliquãdo incipit cum his enumeratis ſyntomatibus, quæ omnia requirerent medicum exercitatum & practicum, & non ſermocinatorem aut concionatorem ex libris, cuius uerba ſuperſunt, & deeſt medendi ratio. Practicarum enim intellectiuarum termini ſunt: & omnis bonus pra-

Experientia longa medicorũ cõmendatur

Auenzoar a quo laudatus.

ſticus,eſt theoricus,ſed non conuertitur. Propoſui animo his accidentibus propriam deſcribere medelam, ſed gaudent breuitate moderni. Et deſidia multorum me auertit ab inceptis. Nunc de cura febris huius dicamus.

Cap. VIII. De quadam tyriaca pauperum, quæ neceſſaria eſt in hac peſte.

NVnc reges intelligite,erudimini qui iudicatis terrā. Apprehendite diſciplinā nequādo iraſcatur dominus.Speculatores uos poſuit deus.uenientem gladium ſubditis ueſtris annunciate.Et quomodo poteſt annūciare ignorans? Et ut uerbis utar nobilis Vegetij Renati de re militari: Neq; inquit,quenquam magis decet,uel meliora ſcire uel plura,q̄ principem, cuius doctrina omnibus poteſt prodeſſe ſubiectis. Nam quē ex rectoribus ciuitatum inuenies, qui docere poſſit quod ipſe nō didicit? uſu quodam quotidiano & ueterem errorem uti ueritatem colimus & obſeruamus.Nec ultra inquirimus an ſit,aut quid ſit, & in hac ignorantia noſtra ſtamus & quieſcimus. Num ipſi mercatores Genueſ. aut Veneti conflabunt nobis tyriacam,eligentes ex aquis anguillam loco tyri? maior eſt prudentia in his extirpandi pecuniam,quàm diſpenſandi trociſci tyri. An ne Germaniam ſterilem plantis eſſe credis, ut nequeat cum Bononienſibus aut Montiſpeſſulanenſibus conficere eadem quæ ipſi? Hoc antidotum paſſim uenditur, paſſim diſpenſatur, & conflatur etiam à uiliſſimis idiotis : norant uenditores eius ſerpentes,

Pſal. 2.

Iere. 6

Vegetius

Exotica atq; tranſmarina medicamina damnantur.

ſtelliones & araneas. Et in hac proba uulgares ipſi, q rectore egẽt, ſtãt & acqeſcũt ueluti agnitæ ueritati. Exteri ex urbib⁹, uillani ad ciuitates ꝓperãt, hoc antidotũ ſibi cõparãt, nihil ampli⁹ de peſte aut ei⁹ cura ſoliciti. Reuera falſarius monetarũ igne condẽnat: falſarij aũt uini, tyriacæ, gemmarum, aut aliarum mercium, impuniti abeunt. His erroribus patefactis, uolui conſulere reipub. Germaniæ. Aggregaui ex ipſis bezearticis compoſitionẽ unã, nõ ex Indiæ Arabiæq́ ſyluis, ſed ex noſtris Germaniæ plantis, quam tyriacam pauperum appellare uolui. Non opus eſt in ipſa, fermentatione xij. annorum, nec letheo ſomno per opium eius capimur, nec in electione ſerpentum cadere poteſt error, cũ ſit corpus ſimplex ſine capite & cauda. Caudam eius abijcere nolumus, nec nũc apponere uolumus, cum in cauda latet totum ſecretum. De quo ſupra Hippocrates & alij ſuaſerunt ſibijnuicem, potius patriam quàm dogma prodere. Caput & caudam Colonienſibus, inuentoribus artium, reſeruabo.

Nunc in ſubſidium pauperũ corpus ipſum præparabo. Recipe radicũ enulæ drachmas xv. ariſtologię ro. drachmas decem, granorũ iuniperi, zedoariæ ana drachmas quinq́, radicũ ariſtol. long. fol. hypericon. ſcaboſ. pigami, bractei ana drachmas tres, betonicę, ſaluię, praſſij, ſpicę roma. baccarũ lauri, gẽtianæ, diptami, tormentillæ, calami aromatici ana drachmas duas, radicum meu, phu, pipinellæ, ſeminis ameos, carui, macis, catariaci, ſandal. ru. ana drachmam unam, fo. meliſſæ, myrrhæ ana drachmas duas, caſtorei drachmam unã & dimid. carabe drachmã unam, coralli ru. abſinthij, calamẽti,

Tyriaca pauperum

zinziberis, piperis nigri ana drachmam dimidiam, nucum iuglandũ numero ſeptem, oxymellis ſquilliici unciam unam, olei diſtillati per allembicum, glutinis albotin. unciam dimidiam, mellis deſpumati quantum ſufficit. fiat confectio mirabilis pro pauperibus in hac noſtra peſtilentia, & in hac noſtra Germanica regione. Et ſi non excellit ipſam tyriacam Andromachi, non tamen eſt minor uirtus eius in omni ueneno, quod pro rato & uero documento capias.

Et ſi uis apponere cordialia, uel Electuarium liberantis, aut diambram, uel Electuarium de gemmis, aut alia, non eges diſcurrere hincinde pro remedijs, quin ſemper paratam habes materiam. Inquire hincinde ordinationes doctorum. unuſquiſq; compoſuit & aggregauit bezeartica, prout illi libido fuit. Hæc autem tyriaca pauperum, ex melioribus & noſtri orbis plantis compoſita eſt, prout ex eius ſimplicibus cuiq; intelligenti patet.

Cum autem contingeret ipſum deſiccari & humiditate priuari, facias ſic: Recipe ſpecierum aromatici roſati deſcriptiõe Gabrielis, drachmã unam & dimidiam, ſpecierum pliris, ſpecierum diambræ, ſpecierum electuarij de gemmis, ana drachmam unam, electi & acuti cinamomi, foliorum meliſſæ, ana unciam dimidiam, dendrolibani, lauẽdulæ, maioranæ, macis ana drachmam unam. Hæc omnia macerabis in aqua aceroſæ cum medietate aceti, & ſic maceratis & expſſis, poſt biduũ appone expſſioni de melle deſpumato, & fiat ſyrupus, cũ q̃ humectabis hoc antidotum tpe æſtatis. Tempore autem hyemali macerabis in uino. Et conſerua hoc anti-

dotum, nec quæras meliora ex groſſis & corporeis rebus. Cauda autem ſola quæ apponitur ab ipſo Hippocrate corpori appropriato, cum ſit res ſubtiliſſima, in momento erigit hominem. Sed hic obiicetur, ne maledictionem omnipotentis incurram: quia ſubtile iunctum groſſo & corporeo, moram & permanentiam habent operandi. Cum ſubtile propter raritatem ſuam cito conſumitur, quare commiſcemus balſamum cum cera, & ſyrupos cum aquis diſtillatis. De capite autem & cauda neminem noſtro æuo noui qui aliquid ſaperet. Obmiſſa enim diu nemo quæſiuit.

CAP. IX. de infectis, quo ingenio medicandi ſint cũ tyriaca pauperũ.

SCias & cognoſcas infectum ex ſuperioribus ſignis. Et quia diuerſimode incipit, noli negligere hominem. Habeas ſemper enemata apud te præparata. Nec eges in clyſteriis tot ingredientibus, quin aliquãdo cum ſolo brodio cauliũ, aut pullorũ, aut alterius, cũ appoſitione modici ſalis, mellis & olei, facere potes clyſtere. Itaque mundatis inteſtinis, ilico dabis modicum de tyriaca pauperum cũ uino. Et ſi op⁹ phlebotomia, & uirtus & ætas admiſerint, & in principio uocatus, uenam incidas in parte magis ſuſpecta. Si autem puſtula aut bubo apparet in principio, ſignum bonum eſt: fiat à latere illius bubonis, prout iam omẽs ſciunt. Nam ſem

Clyſtere pauperũ.

per trahi debet uenenum à nobiliori ad ignobile. Et ſi ē uirgo nubilis, aut mulier quæ cõſuetas habet purgatiões, fac phlebotomiā de uena ſub talo in pede quaſi mediq pede. Nam ſi purgatur menſtruis mulier, ſaluabitur ipſa ut plurimum. Facta itaque phlebotomia ſecundū tenorē uirtutis, ſi materia raptum habet ad caput, Recipe aquarum meliſſæ, betonicæ, roſarum ana unciam unam, propina cum drachma una & dimidia tyriacæ pauperum, & cooperi patientem ut ſudet. Si autem ſudor nequit prouocari, multitudo eſt materiæ. Recipe de chamomilla manipulos tres uel manipulos quatuor, decoque in aqua parum, & ita calide applicabis manipulum unum ad pedes, unum ad dorſum, & tertium ſupra uentrem; & ita diuertenda eſt materia uenenoſa ad cutem. Item ſi conqueritur patiens de anguſtia cordis & ſpiritualiū, dabis cū aquis ſcabioſæ, aceroſæ, boraginis, bugloſſæ, & fac ſudare patientem. Si uides materiam raptum habere ad inteſtina, dabis cum aqua rutacea & abſinthi. Si ad hepar, dabis cum aqua abſinthij eupatorij. Et ſcias quòd decoctiones pro pauperibus & ruſticis plus conferunt, quàm aquæ, dummodo non ſit horribilis medicina. Nam talis ut plurimum uomitu proijcitur. Valet multum decoctio radicum meū & abſinthij pro pauperibus. Et ſi iſta decoctio ſumitur cum tyriacą pauperum, & ſudorem prouocauerit, bñ ſtabit. Et quia pauperes nõ ſemp habent herbas & radices ad manū, faciant ſic: Recipiat paup cepā unā, modicū concauādo impõnat de tyriaca ſua ad qͣtitatē auellanæ, & ſub prunis aſſari

Optime diuerſio.

Aliud remedium bonum.

faciat, & poſt recipiat cepam cum tyriaca in linteum, apponendo modicum de aceto, & exprimat per pannum, & totum expreſſum hoc bibat, reliquum uero calide ſuper apoſtema ponat. Et poteſt etiam addere ad cepam de alijs aquis conuenientibus, & dare patienti.

Item bubone apparente, capiat cepam, & decoqui faciat per ſe ſine tyriaca ſub prunis. quo aſſato, ſcindat per medium, & ita calide ſuperponat botio: quo infrigidato, ſuperponat aliam medietatem calidam: & ſic deinceps cum IIII. uel V. cepis aſſatis faciat, ſuperponendo calide donec botium extrahatur. Item extracto bubone, aperiatur non expectando completam eius maturitatem. Item in quibus materia habet raptum ad caput, fiat diuerſio cum fricationibus crebris inferiorum partium; & pedes calefiāt, & fricentur piretro & ſinapi contritis & commixtis cum aceto. Stimulantia enim iſta plus diuertunt, quàm fricationes aut ligaturæ dolorosæ. Poſt bonam prouocationem ſudoris, cibabis patientem modico cibo & acetoſo: imò ſæpe & ſæpius offeratur ei de cibo. Nam qui uiriliter agunt, & comedunt & bibunt rationabiliter, euadunt ſępiſſime: quia cibus nouus adiuuat naturam, & ſæpe reiteratus ſuffocat & opprimit uenenum.

Diuerſio a capite.

CAP. X. de epithimatibus ſyrupis dandis ægrotantibus.

NOlo hic magnas fraſcas adducere ex ultra marinis aut precioſis, cum ditiores & potentes ſuos habeant medicos, & in fuga ha

beant præcipuum auxilium: Inopes autem cogun-tur expectare uulnera. Recipiat igitur pauper potum iſtū de mane, ꝓ confortatiōe cordis. Recipe ſy rupi ſucci acetoſę uncias duas, aquarū acetoſę, ſcab i oſæ, roſarū rub. fragrātis odoris ana uncias tres, ace ti uini parum miſce & aromatiza cum drachma dimidia cinamomi, ſandalorū ru. ſcrupulū unum, miſce, coletur, & bibat de mane hauſtum unum te-pide. Si autem omnino pauper eſſet, capiat aquam acetoſæ de mane in ſiti cum modico aceto. Et ſi in loco eſſet, ubi acetoſa aut ſcabioſa aut alia aqua non eſſet, capiat bonus pauper de aqua electa fontis, co quendo libras ij. aquæ, imponēdo modicum de bo lo, & ſextam uel ſeptimam partem aceti, & bibat hauſtum unum magnum & non paruum, & certe præſeruat eum ab inflammatione illa die, & ualet præcipue iuuenibus. Confortatiuum cordis ꝓ pauperibus. Alius potus.

Potus alius defendēs à putrefactione humorum & ab inflāmatione interiorum. Recipe aquæ com-munis electæ librā unā, aquæ roſarum uncias tres, aquæ acetoſæ uncias duas, aquæ nenufar. unciam unam et dimidiam, aceti acerrimi unciam unā. Et ſi diues eſt, uini malorum granatorum unciam di-midiā, uini bruſcin. drachmas ſex, boli armen. dra chmas tres, pulueris triaſandali drachmā unam & dimidiam, zaccari parum aut nihil. fiat potus co-latus per ſacculum, detur ægrotanti quacunque hora uoluerit.

Item pauper multum ſitiens, contineat in ore ber beris, & ſuccum degluciat abijciendo grana. Item ipſa herba acetoſa, lota in aceto & comeſta buccel lam unam ex herbis ualet ægris & ſanis. Pro ditio-

ribus ualent ſyrupi acetoſitatis citri. ſyrupi malorum granatorum acetoſorum, cum aquis appropriatis, maxime in æſtate. Et ualet pluuimum ſyrupus de byſantijs cum timetur oppilatio. Et ſcias quod plus confert medicina in liquida ſubſtantia in ægrotantibus, dummodo non euomant, quàm in electuarijs aut groſſis pulueribus. Nam illud quidem medicamur, quod ſubtile ſubſtantiarum eſt. neq; enim humana natura erroris periculũ incurrere poteſt, præſertim in ſubtilibus. expanditur etiã medicina citius liquida, quàm groſſa. Febris etiam omnis peſtilentialis eſt in ſpiritibus plus; quare citius recreatur natura liquidis, quàm aridis. Pro ſenioribus autem & qui uino delectantur, ut natura recreetur, Recipe aquæ roſarum libram unam, uini ſubtilis conuenienter uinoſi uncias quatuor, boli armeni triti & cribellati drachmas tres. Detur pro uice unciæ duæ.

Epithima ſupra cor, & ualet etiam in hepate ſupercalefacto. Recipe aquarum roſarum albarũ & rubrarũ ana uncias tres, aquæ nenufaris, acetoſæ, endiuiæ ana unciam unam & dimidiam, aceti uini drachmas duas, pulueris ſandalorũ rubrorũ, roſarum rubrarũ ana drachmam dimidiã; camphoræ grana tria, miſce. fiat epithima. ſed in hepate ponatur baſis aqua endiuiæ, dummodo non fuerit uehemens exiccatio ſubſtantiæ hepatis, quod diſcerni poteſt ex ariditate cutis extremorum. Nam endiuia reſpicit hepar ut hepar, cum à tota natura hepati conducat. In arido autem hepate ponatur aqua lactucæ & portulacæ, & non multiplices in illa diſpoſitione camphoram aut bolum. Pauperes etiam

non habentes aromatariorum copiam, capiant ex aqua roſarum quãtum uoluerint, & cũ modico aceto com miſceant, addentes in hyeme ualde modicum de gariophyllo, & de folijs lauẽdulæ, & manus & faciem ſæpius lauent, & os etiam & dentes abluant cum duabus uel tribus partibus aquæ & una aceti. Collatio pro pauperib.

Epithima autem cordiale pro principibus. Recipe ſandalorum alborum & ruborum ana drachmas tres, roſarum rubrarum ſiccarum drachmas duas, doronici drachmam unam, corticũ citri drachmã unã, ſpodij ſcrupulos duos, been alb. & rub. ana ſcrupulum unum, macis drachmam dimidiam, camphoræ ſcrupulum dimidium, muſci gra. ſeptem, croci ſcrupulum dimidium, xyloaloes ſcrupulum unum, aquæ roſarum, bugloſſæ, meliſſæ ana uncias quinque, uini albi electi odoriferi uncias ſex, fiat epithima cum* ſcarleto de Grana ſupra cor.

Differat etiam princeps noſter illuſtriſſimus precioſam illam maſſam ex obrizo, deductam in bracteam, iuxta celeberrimi uatis præconium, ſexto Aeneidos ubi dicit: Ilice ſic leni crepitabat bractea uento. quod quidem uatem ab ipſo Platone ſumpſiſſe haud dubium eſt, qui ſolida uſque in planitiem & ſuperficiem reſoluebat. Quare minus iuſte carpit ipſum Ariſtoteles ij. de generatione & corruptione, quia Plato aliud habuit ædificium, quare fundamentum cum ipſo Ariſtotele non potuit locare. Vergilius. Plato defenſus cõ Ariſtotelẽ

Cap. XI. De regimine eorum qui infirmantur.

SVper omnia non ponatur patiens in æſtuarium, aut locum calidum, uel in locum rheumaticum: ſed in locum bene euentatum, uerſus ſeptentrionem, ſi fieri poteſt, aut ad minus uerſus orientem. Et ſæpius per ſuffumigationes rectificetur aer cum his trociſcis & ſimilibus. Recipe laudani

Suffitus bonus.

uncias quinque, ſtoracis rubræ uncias tres, ſtoracis calamitæ, olibani ana uncias duas & dimidiam, ſtoracis liquidę unciam unam & dimidiam, xyloaloes, ſandali aromatici, nucis cipreſſi, & ligni eius, radicũ ireos, granorum iuniperi ana drachmas duas, roſarum rubr. gariophylli, foliorum lauri, ſticadis, maioranę, foliorum baſiliconis, calamenti, nigellæ ana drachmam unam, carbonum tiliæ aut ſalicis libram dimidiam, terebintinæ quãtum ſufficit cum aqua roſarum ad incorporandum. fiat maſſa ſecundum artem, & ex ea fiat trociſcus.

Fumus p pauperib⁹

Pauperes fumigia faciant cum thure, thymiamate, granis iuniperi. Et ſæpius locus irroretur aqua roſarum commixta aceto. Et ſæpius patiens lauet faciem, manus, & odoret in linteo humectato, & capiat electuaria cordialia ex electuario liberantis, & ſyrupum ſucci acetoſę deglutiat cũ modica aqua acetoſę. Diuites uero ex ſyrupis, dictis acetoſitatis citri, aut ſyrupum malorum granatorum capiant, & manus Chriſti perlati, & ſæpius comedant cibaria acetoſa, non replendo ſe. Et etiam ſalſamenta faciant ex ſyrupo ſucci acetoſę, cum modico aceto & ſumach. Debiles etiam ualde, ſumant aquam carnis cum cordialibus & modico aceto. Et non dimittantur epithimata cordis, quin ſæpius applicentur. Et ſi intenſus eſt calor percutiens caput, diuerte materiam cum fricationibus & ligaturis, & con-

ſorta caput cum apocruſticis, ſcilicet cum oleo roſato, commixto modico aceto & aqua roſarum, attrahendo modicū per nares. Et ſi uigiliæ aſſunt, elōga te ab aceto & campliora, ſed cū ſemine papaueris & aqua roſarum, & ſi opus eſt aqua nenufaris, fiat linitio. Et aliquando opus eſt foi tioribus, ſcilicet corticibus radicū mandragoræ, ſemine iuſquiami uſque ad opium in phreneſi. Somnifera.

Et teneas mente, quòd in omnibus his linitionibus cauendum eſt, ne fiat concluſio pororum & uaporum, quæ ſit cauſa debilitatis capitis, phreneſis, aut lethargiæ. Semper de manè iubeas fricari cū pectine. Et fiat modica linitio frontis & temporum cum appropriatis aquis. Si uigiliæ nimiæ, cum aqua nenufaris, roſarum, & ualde modico aceto. Si ſuſpicio eſſet de lethargia, cum modico uino, aqua ſaluiæ, betonicæ calefactis, fiat linitio ut pori aperiantur, poſt prouocetur ſternutatio. Et fiat enema cum decoctione coloquintidæ & caſtoreo, & diuerſiones fiant extremorum.

Super oīa caue, ne conſtipetur æger: imò omi die procuretur beneficium uentris, ſi non cum alio, cum enemate ſaltē lauatiuo. Conferunt etiam cibaria lenitiua ex prunis, paſſulis & alijs, & ex caſſia. Sed nullo modo fiat cum attractiua medicina, quoniam ipſa commouendo perturbat naturam, & attrahit à circumferentia ad centrum, ut ſupra capitulo primo huius ſecundæ partis.

CAP. XII. de regimine eorum qui anthrace ſeu carbunculo ca piuntur.

ANthrax græce, latine carbunculus dicitur uel carbo, prout Galenus ſecundo ad Glauconem, & decimoquarto libro de ingenio, & in libro de tumoribus. Et eſt à ſanguine uſto me lancholico cum nigredine loci, ſplendorem habens ſicut pix aut aſphaltum. Et eſt cum ampullis, uel una, uel multis. & eſt ſine ampullis, habẽs eſcaram: & eſt color niger, ſicut nigredo combuſta ab igne. Et quando habet radios rubeos uel ſubcitrinos, malum ualde: & aliquando radiј tales extenduntur ad ſuperiora. Illum commendes medico ſpirituali.

Deſcriptio anthracis.

Nota, ſi eſt ſine admixtione ſanguinis, puta phlegmonis aut alicuius tumoris, ſcias carbonem fore peſſimum, præcipue ſi eſt circa neruoſa: & ſi eleuatur cum aliquo tumore phlegmonis, non eſt adeo pernicioſum. Et hoc eſt quod dicit Galenus in libro de tumoribus præter naturam: Gangrenæ, inquit, & carbunculi prope phlegmonem ſunt, cum quaſi ebulliẽs ſanguis combuſſerit cutem. propterea igitur & cum eſcaris fiunt, & ueſicæ antecedunt hulcus &c. Et libro ſecundo ad Glauconem: Anthrax, inquit, non ſolum uulnus quale diximus, facit, ſed etiam ueſicas ut ex igne factas, ſemper nigro colore deſuper nutrit, quaſi ob mortui & ſordidi ſanguinis indicium: quibus ruptis, apparet uulnus eſcaram habens, & hoc dicitur Anthrax. Omnia

hæc, ut diximus, phlegmonis ſpecies ſunt diuerſæ & uariæ. Lege ibidem. Si in principio ægritudinis aut febris talia apparent, uirtute conſtante, fiat phlebotomia ſecundum partem læſam: poſtremo fiant ſcarificationes profundæ, & deſuper ponantur uentoſæ, & epithima miniſtretur cordi & alia cordialia, quoniam in ſcarificatione multi ſyncopizant. Et ſi aliquando propter dolorem materia uenenoſa traheretur ad cor, da modicum de tyriaca cum electuarijs cordialibus & aqua appropriata: hoc toties dabis, donec materia expellatur à corde. Et ſi eſt cum puſtula nigra aut azurina, Recipe uitellum oui, & commiſce cum tanto de ſale communi, donec bene inuicem contineri poſſint in forma emplaſtri. ſuperpone, & cito cauterizabit.

Et nota quod in iſtis carbũculis malignoſis pauci ſunt experti. quia nec uiderunt practicam à uiua uoce, ſed in libris ganniunt. Libri autem & omnes practicãtes poſt Auicennam, pleni ſunt erroribus: quoniam multiplicant capitula & curas, donec ſint innumerabiles. Et nota, ſicut ipſæ gemmæ nõ ſunt unius coloris aut uirtutis, ita & iſtæ anthraces multiplicantur ſecundum diuerſa loca humani corporis, prout dicit Galenus ſecundo ad Glauconẽ. Quoniã carbũculus uel mox à principio apparet, uel ab ebullitiõe, aut errore chirurgici ex aſſatiõe ſanguinꝭ fit melãcholic'. Et ſi eſt in loco carnoſo, ne dilatet, aut tumor fiat magnus. lauabis cũ uino ſtiptico acetoſo, aut ex aceto nõ ualde forti. poſt recipe medullæ panis furfuracei cũ ex furno egredit, & infundat:

in ſucco arnogloſſæ,& emplaſtretur. Deinde Recipe farinam orobi & mellis. fiat emplaſtrum in circumferentia uulneris. Hæc enim non tantum repercutiunt, ſed confortant & reſoluunt.

Super omnia autem oportet medicum aduertere, ut cognoſcat non nomine apoſtema, ſed ſua eſſentia ex ipſo humore. Nam tumor rubeus indicat ſanguinem, azurinus aut flauus choleram: albus & plumbeus & mollis, phlegma. Et iſti humores putrefacti & excalefacti propter febrem, nigram operantur choleram. Et ſi ex melancholia uera, ut plurimum ſunt profundi in carne cum multa nigredine. Cholera autem citrina in ſuperficie cutis hulcerat, & fit herpes.

Si autem medicus neglexerit apoſtema, aut in principio non fuit uocatus, & tumor magnus apparet in loco carnoſo, putrefit ſanguis, & requirit medicum expertum. In qua materia ego ſic proceſſi, & multos hoc modo curaui. Ex maturantibus & partim reſoluentibus feci emplaſtrum, ſcilicet capiendo uel radicem biſmaluæ, ſeminis lini, fœni græci, radices lilij cæleſtis, caricarum, decoctis & piſtatis uno uel altero iſtorum aliquid, aut ex omnibus cum pinguedine gallinæ, anatis, porci, butyri recentis ſine ſale. His piſtatis & commixtis in mortario, extēdi emplaſtrum ſupra tumorem, relinquendo in medio foramen iuxta quantitatem hulceris. Et poſui ſuper hulcerationem illam aliquid iſtius emplaſtri commixti cum modico fermento, & certe materia nunquam diſtracta fuit à loco. Quod ſi contingeret, & æger periclitaretur cum malitia

Maturantiū emplaſtrum optimum.

anhelitus,da modicum de tyriaca; prout uiſum fuerit. Nam aliquos habui in cura,qui uel triſtitia,aut ſolicitudine melancholica,aut certe ira,iam appropinquabant morti, & erat anhelitus eorum breuis & frequens, ut uerbum facere non poſſent: & tumor qui primo erat eleuatus, cecidit & concauitatem habuit. Quibus repente dedi de tyriaca cum modico uino, & applicabam emplaſtrum meum cum fermento: & certe in modico tempore conca uitas illa in tumorem eleuabatur, & anhelitus rediit: nec paſſi ſunt de cætero aliquod accidens malum, ſed totus ille tumor maturatur in ſaniem & putredinem. De quo non ſit tibi curæ. Et ſi cum magiſterio agere uis, adhuc tertium emplaſtrum applicabis in circumferentia, ſcilicet defenſiuum ex bolo,gallis,ſandalis ru.cum oleo roſarum et aqua roſarum malaxatis.

Item mundificatiuum iſtorum hulcerum, Recipe mellis roſarum colati unciam unam, farinæ hordei drachmas duas,ſucci abſinthij, ſucci apij ana drachmam unam & dimidiam, farinæ lupinorum ſcrupulos quatuor, myrrhę drachmam unam, terebintinæ lotæ drachmam dimidiam. incorporentur diligenter in mortario cum piſtello, & fiat unguentum. Mundificantia.

Item diſpoſiti ſunt ad hunc morbum ingenioſi omnes ſtudioſi, ut refert Ariſtoteles problemate XXX.parti. Soliciti & melancholici & male colora ti, & ſecundũ hepar aut ſplen oppilati, & q utunť co itu nimio, & q utunť ſalſis cibarijs, aut fumigatis & melancholicis, ex ſylueſtribus leporinis & aſſis, ſina

pi, uino forti, & cereuiſia humulata uſta, & qui ſedent in æſtuarijs calidis aut balneis, & qui utuntur multum de aqua uitæ. Exceſſiua enim caliditas adurit, incinerat, & caliditatē naturalem reſoluit & extinguit. Medicus autem practicans & curans huiuſmodi apoſtemata, in magno ponitur piculo: quare in ore habeat cordialia uel enulam, zedoariā aut alia. Et infra ipſum & ægrotantem ſuſpendatur pannus humectatus in aqua roſarum & aceto. In his enim apoſtematibus laici deficiunt, cum ignorent radicem humoris peccantis.

CAP. XIII. de erroribus circa anthracem & carbunculum. Et de nobilitate parum.

SCripturus ego parum de erroribus princeps illuſtriſſime, non potui paucis uerbis innumerabiles medicorum errores in modico uolumine comprehendere. Qui errores unde initium habuere, nemo compos mentis ambigit: quoniam nobilitas & ſanguinis claritas ſuo priuatur honore, quare nobiles diſciplinæ & ingenuæ artes ab illis tractantur, ab illis indagantur, qui uel minora non poſſent. Sæpe etenim imperita ruſticitas plura promittit, & credit ſe ſcire quæ neſcit. Quæ eſt enim diſciplina uel utilior, uel nobilior, & in cognoſcendis multis admirabilior, quàm ipſa medicina? Quid liberales artes, quid mathematicæ facultates, quid philoſophiæ partes, quid ius ipſum ciuile aut pon-

tificium homini prodeſſe poſſet ſine ſanitate? Nulla eſt profectò facultas poſt ſacram ſcripturam, quę utilitate & beneficentia in genus humanum illi ualeat comparari. Nam certe medicus uelut dei omnipotentis miniſter, deum ipſum quodammodo imitatur, & homines de morte ad uitam ſuo artificio ſæpiſſime reducit: ita ut non ſine cauſa apud gentiles qui medicinam primum compererunt, inter deos relati & ab hominibus habiti fuerint, ut de Apolline, Aeſculapio & Chirone legimus. Homerus etiam celeberrimus uates, inter heroas & ſemideos, medicos quoſdam connumerabat, quos ob medicinæ ſolertiam aliqui Græci ad Troiam inſtantiſſime conuocarunt, ut Ouidius de Machaone & Podalirio. Medicina itaque diſciplina nobilis, Militia & Magica naturalis ingenuę artes, in manibus ſunt ignobilium, rudium & agreſtium hominum: & ruituræ & perituræ, niſi uera nobilitas illas in lucem reuocauerit. Nonne nobilior pars illa medicinæ, quæ de mineris, de metallis, quæ nec æſtu areſcunt, nec frigore tabeſcunt, penitus abolita eſt, & in obliuionem redacta? Sed nulla cauſa potior, quàm indiſpoſitio & ineptitudo plebeiæ ſordis, q uſurpant ſibi officia, & dignitates poſſident non meritis ſuis, ſed opinione falſa hominum, cum credant eos ſcire quod ignorant.

Commendatio artſ medicinę.

Medicina Militia. Magica naturalis.

Error ille nuſquam terrarum ita colitur, ſicut apud Germanos, qui à ſtiua aratri & à uiliſſimis orti parentibus, ad literas & ingenuas diſciplinas ſuſcipiuntur, buccella panis & cacochimis educantur: quæ quàm obſint intellectui, ingenioq; con-

traria ſint ,ab ipſo principe medicorum de uirtutibus animalibus erudimur. Multum,inquit,cacochimia actibus animæ nocet:ſaluat autem & innocuos cuſtodit euchimia. Prudentia enim & ſtultitia ſequuntur complexiones, ut itidem. Plus autem hæc in teneris annis obtundunt & obfuſcant. Vide eundem de partibus artis medicatiuę. Non

Iohannes Bocatius.

ab re igitur nobis ſcriptor Iohannes Bocatius de præclaris dominabus, de Lenutio Græca muliere, quæ in Theophraſtum celeberrimũ philoſophum ſcribere auſa eſt,inquit:Et ſi adeo ſtudijs tam ſplendidis ualuit, non facile credam eam ex plebeia fæce duxiſſe originem. Raro quippe ex ea ſorde ſublime ingenium ſurgit. Nam etſi quandoque è cælo infundatur,caligine extremæ ſortis claritas eius opprimitur. Idem de Sappho puella Lesbia & poetria: Sane, inquit, ſi ſtudium inſpexerimus quod annoſitas abſtulit, pro parte reſtitutam uidebimus eam,ſcilicet ex honeſtis atque claris parentibus genitam. Non enim illud unquam degener animus potuit deſideraſſe uel attigiſſe plebeius. No

Induſtria ſequitur educationis qualitatem.

bilitas eſt̃ conſiſtit in clara & illuminata ratione,ut inqt Iohannes Gerſon tractatu de nobilitate. Hinc claros,illũinatos,&illuſtres principes dicimus:licet corpus ſit debile,claritas intellectus omnia recompenſat. Idem Iohannes Gerſon: Pax, ſanitas,ſalus,libertas cuiuslibet politiæ, reſidet in conſeruatione & honoratione nobilitatis. Econtra nihil magis aduerſum paci, nihil amplius cauſatiuum ſchiſmatis & diſſidij, quàm nobilitatis uilipenſio ; dum iuxta uerbum prophetæ, tumultuatur igno-

Nobilitas.

Gerſon.

Iſaię 3.

bilis contra nobilem: dumq́ nobiles abijciunt prauis moribus & cõſilijs propriam nobilitatem, quã ſicut nec libertatem nemo bonus niſi cũ uita perdit. Reuera in plebeijs & his qui in urbibus degunt hic in terris, magna eſt morum altercatio, cũ in nuptijs & alijs apparatibus plebeia oſtentatio, ingenuas & nobiles mulieres in nouiſſimum locum uſque præcipitãt. Id urbanitatem uirtutisq́ perfectionem exiſtimant. Tantum deuiat ignobilis à recto, claro & nobili. Geſtiant alij ſe multa legiſſe, ſe multa cognouiſſe in nobilibus ipſis diſciplinis, conſummat⁹ nemo erit è fæce plebeia aut à rure (id eſt ruditate) educatus, quo euenit, ut in ipſa nobiliſſima arte infiniti errores orti ſint poſt illuſtriſſimũ principem Auicennam. Nam anthracem quidem latinum nomen auſi ſunt interpretari, quod dictũ ſit ab antro, quorum quidem nomina recenſeri nõ eſt opus, cum (ut dixi) omnes poſt Auicennam in deuio poſiti ſint. Lege Raſim xiij. continentis per totum. Lege eundem vij. Almanſoris c. xij. de carbunculo. non diſſentit ab ipſo Galenus, quin dicat ipſum generari à groſſo ſanguine, & peior eſt qui magis profundatur. Aequiuocatur etiam carbunculus apud Raſim. Vidi, inquit, carbunculum in ultima diſpoſitione diſſolui abſque maturatione. Et ſubdit: Ego etiam uidi carbunculos paruos fieri in quodam uiro, quos credidi diſſolubiles & diſpergere abſq́ putredine, & non fuerunt diſſoluti &c̃. Plinius carbunculum interimentem deſcribit in prologo uiceſimi ſexti libri, & libro triceſimo ſexto circa finem. In multis locis autem de carbunculis ge-

Anthrax

Carbunculus

nitalium remedia ponit exigua. Sed æquiuocentur carbunculi, & adhuc inter medicos rixa maneat de anthrace & carbunculo. Si omnes repulerint, ſpiri talem tamen interpretem, doctorum doctorem admittent. Hieronymum uolo. ad Damaſum papam de Seraphin & calculo inquit: Videntur autē
Iſaię 6 mihi & Septuaginta in eo quòd antea tranſtulerūt, idem ſenſiſſe quod cæteri. Anthrax quippe quem nos carbunculum interpretamur, genus lapidis ful gidi atque intenti, quem etiam in duodecim lapidi bus inuenimus.

Cap. XIIII. De excuſatione autoris, quòd multa intacta reliquit propter deſidiam legentium.

STatui princeps illuſtriſſime fulmina mittere in medicos deſides, ut ſaltem tyrones & iuniores excitarē Germaniæ ad ſtudia literarum. Non enim poſſumus deo magis appropinquare, q̃ in ſtudio ueritatis, ut dicit Galenus noſter. Nemi-
Sap. 7 nem etiam diligit deus, niſi eum qui cum ſapientia
Ioh. 5 inhabitat. Adhortatur ad lectionem nos ueritas, dicens: Scrutamini ſcripturas, quia uos putatis in ipſis uiam æternam habere. Sed uereor ne prolixior ſim, indignenturq; legentes. Patienter autem ferat ſtudioſus & diligens lector has annotationes modicas de medicorum erroribus. Sed ante has tyronem grammatollum alloquor. Pleriq; enim de nobiliſſima diſciplina nr̃a diſceptationes magnas mouent in grammatica, ueluti in quodam ludo li-

terario inter pueruloſ oſcitantes de Socrate currente & Platone diſputante. Contra quos Galenus primo de creticis diebus fulminat, inquiens: Faciunt, inquit, hoc multi medicorum, & ſumma intellectus eorum ex dialectica, grammatica & rhetorica eſt, ſicut ſumma intellectus aſini ex lyra. Lege ibidem. O medice, ab ineunte ætate didiciſti fore ſeptem liberales artes, quia libere & ſine labe erroris nos inſtruunt. Quid ergo de mechanicis illis, quas mechanicas quidam Zoilus duobus carminibus enumerat, Lana, nemus, miles &c: An ne laniſicium, aut ipſa ars fabrilis, ſine labe erroris exerceri nequeat? An ne ruſticus agrum colere nequit ſine errore? Neſcis quia nemus, rus, paſcua, hortus, prata & huiuſmodi, ſunt ſpecies rei ruſticæ? cur diuidis igitur? Quomodo militarem nobiliſſimam diſciplinam, & medicinam præclariſſimam & ingenuã cum nothis & mechanicis annumeras, cum nulla liberalium digna ſit comparari his? Magna etenim eſt diſtantia inter nobiles & liberales. Bene enim diſtinguis artes, cum dicis: Artium quædam liberales, quædam mechanicæ. Sed terminis ignotis teipſum paralogizas. Liberales artes dicuntur, quia à libera & legitima matre naſcuntur. Illiberales & mechanicæ dicuntur, quia ab adultera & illegitima naſcuntur: ut eſt geomantia, quæ aſtrologiam imitatur. Sępius tamen fallit artificem, aſtrologia autẽ non fallit, dummodo non deuiat à ſuis limitibus, diuinando aut prognoſticãdo. Et hydromãtia, piromantia, & aeromãtia, & chiromãtia, mechanicæ & adulterinę ſunt. Eijce ancillã & filiũ ei⁹, dicit ſcriptũ

Liberales artes vnde dicant.

Gen. 21 Gal. 4

ra: De ſordidis autem artibus, ut eſt ſutoria, lanipeſſoria, piſtatoria, fabrilis, nihil ad ingenuas artes, quę ingenio præclaro exercentur. Noli igitur nobiliſſimas diſciplinas & ultra alias excellentes annumerari cum liberalibus: quo minus, cum illiberalibus. Sunt enim excellentes diſciplinæ & nobiliſſimæ, medicina, militia, magica naturalis ſiue aſtrologia inferior: & poſt illas, neceſſitate & utilitate agricultura. Admirabilis autem & diuina poeſis, non tantum liberales cunctas excellit, ſed cunctis artibus decorem præſtat, in qua etiã nemo repente fit ſummus. Iure igitur laurea coronantur diuini poetę. Et Plinius triceſimo quinto libro picturam in primũ gradum liberalium locat. Quo igitur loco pones artem hanc impreſſoriam, quæ mater dici poteſt omnium artium, quam Coloniæ primo inuentam ſcimus, Moguntiæ poſt quæſitam cum addito imperfecto: ſed nũc adeo cultam & perfectam & conſummatam, ut nihil ei deſit: quæ certe non modo primum gradum liberalium mereretur, ſed & primum locum, niſi & ſeruitia hanc contrectarent. Nunc pauca de quibuſdam erroribus medicorum diſſeremus.

Laus medicinę, militię, aſtrologię & agriculturę.

Laus poeſeos, picturę & impreſſorię.

Typographica ars liberalis

Cap. XV. De dubijs & cura tormentaria cum argento uiuo in malo Franciæ.

QVæritur, an cura tormentaria in æſtuarijs calidis ſine intermiſſione, & unctio cum argento uiuo conducat in ſcabie aut mor-

bo Franciæ:& cum putredo & phlegma ſalſum, ſit coniuncta cauſa huius morbi, omnis autem putredo aere concluſo & non euentato augetur, non uidetur cura regalis aut canonica, ſed emperica. Item putredo & id quod eſt reſolubile, reſoluitur & per fauces ſublimatur: groſſum autem humorem colloſum, in lapideitatem ponit. Quare poſt non erit ſpes curæ, unde in iuncturis ex parte frigiditatis argenti uiui, ſiqua eſt contractio aut petrificatio facta, de cætero non poteſt mollificari aut reſolui. Præterea argentū uiuum à tota ſubſtantia ſua contrariatur homini & omni rei uitæ, ſicut recitat Galenus quinto ſimplicium, diſtinctiōe quinta, & Auicenna in quarto de uenenis, & Raſis & alij lœtale uenenum id prædicant. Non igitur ipſo utendum, etiam quantumcunque elongetur à principalibus. Argentū viuum cōtrariatur vite

Deſcripſi & collegi nonnulla de malitia argenti uiui, ſtatuiq́ animo aliquid propalare in hoc opuſculo de eius uirtute, propter medicos qui ignorant metallicas medicinas: & quomodo uis eius extenditur etiam in abſentes, quod ex om̄i tacito ſiluiſſe melius æſtimabam: prohibent enim me cętera parcè ſcribere, ne maledictionem omnipotentis incurram: & liber qui tyriacalis & ſalutaris eſſe deberet, fieret exitialis. Conſiliator uir ingentis doctrinæ, argentum uiuum credidit, quòd in paſſiuis ſciri faciliter poſſet eius complexio, quia humidam putabat. In actiuis hæſitabat. Dico, ſalua pace tanti uiri, quòd in actiuis frigida eſt, in paſſiuis ſicca, q̊d quidem contra opinionem eſt omnium medicorum, & plumbi natura frigida & ſicca eſt, diffe- Natura argenti vi ui.

renti tamen modo. Nam argentum uiuum, relatũ ad ferrum, cuprum, & cætera metalla, frigidum & humidum eſt: relatum autem ad corpus humanũ, frigidum & ſiccum eſt. Eius ſiccitas nota eſt omnibus, qui ipſum contrectarũt in uulneribus & in carne addita. Conſidera naturam eius cum ſit incineratum, conſidera cum ſit ſublimatum, conſidera humiditatem eius metallicam, quomodo ex illa nihil nutritur, imò quomodo cõtraria eſt omni rei uitę. Napello animal nutritur, argen. autem uiuo nunq̃: quare à tota ſubſtãtia contrariatur homini, ſicut recitat Galenus, ut ſupra. Et quia eſt frigidæ & ſiccæ complexionis relatum ad hoĩem aut ad quodcũq; animal, necat & occidit omnia. Frigida eñ & ſicca tabe ſeneſcimus, ſicut recitat Galenus de regi. ſanitatis. Dicere enim, plumbum, quãtum ad naturam humanam, eſſe humidum, alienare eſt: quare & miniũ, litargyrum, ceruſa, omnia iſta non deſiccarent aut conſolidarẽt: imò ipſa lamina plumbi mirifice conſolidat, uti milleſies ſum expertus, licet ex ipſo plumbo aquam diſtillarem, hoc non arguit eius humiditatem, cum itidem fiat ex omnibus metallis, & ab ipſo ſulfure, & ab omni elementato. Sed inſtaret ſophiſta: ſi eius complexio eſt ſicca, quomodo igitur inducit paralyſim & neruorũ ægritudines?

Plumbum frigidũ & ſiccum

Diſtillare aquam ex plumbo & alijs nõ arguit eorũ humiditatem.

Tempus non prorogat, omnibus cauillatoribus ſatiſfacere. Nonne legiſti Geberum illuſtriſſimum regem Perſarum in ſumma? quia ſubtiliſſimam habet ſubſtantiam & condenſam, adeo ut etiam auro prępõderet, cum in ſua natura eſt: quare ingreditur cutem, poros, & myringas, cerebri ſtuporẽ ac paralyſim inducẽs, & infrigidãs ultimè, licet eius frigiditas

non ſit in quarto gradu, quia aut continuatur eius actio lõgo tẽpore, nec mutatur à ſua natura, maiora infert nocumenta, quàm debilis medicina & cito reſolubilis, frigida in quarto. Sed deficiet me tẽpus enarrantem de his omnibus. Si cura eſt canonica, ungere cum argento uiuo, ubi eſt illa aurea Hippocratis regula, Vbicunque natura repit, illuc ducere oportet per conuenientes regiones? Vbi nunc illa promulgata & uulgaris omnium doctorum ſententia, ne fiat diuerſio aliqua de ignobilibꝰ ad nobilia? Vbi nunc illa Conſiliatoris regula, ne fiat linitio cũ ceruſa in hepate ſupercalefacto? Argẽtum autem uiuum ungitur aliquando per totum corpus, aliqñ in iuncturis oĩbus. Vbi nũc illa Galeni ſummi principis autoritas de malitia argenti uiui, v. ſimpli. medicinę diſt. v.? Vbi nunc illa diui Io. Meſue regula, ꝙ emplaſtra & linimenta alterantia, non ſunt expolianda ab aliqua harum uirtutum trium? Prima eſt, competẽtia eius in gradu alterationis. Secunda eſt, ut coadunet uirtutem membri. Tertia eſt, ut à proprietate confortet membrum cui obuiat. Vbi eſt illud omnium doctorum Hippocraticorꝫ auiſamentũ, ꝙ localia nullo modo applicari debent niſi corpore mũdo? Vbi eſt illud Raſis viij. Almanſoris de malitia argenti uiui? Et quõ regibus & principibus mortuis infundimus argentum uiuum ad nares, ne defluat cerebrum? Vide quantæ ſit actiuitatis, ut etiam in mortuis uires ſuas oſtentet. Sed diceret mihi ſophiſta: Paulus ex antiquioribus, Raſis ipſe, & omnes poſt Raſim ex recẽtioribus, uſi ſunt ipſo in ſcabie & alijs: igitur uti poſſumus. Reuera tibi reſpondeo, oppoſitorum eadem eſt diſciplina: tra- *Obiectio* *Reſponſio*

ſtare bezeartica, & uenena deſcribere, utrunq; ſpectat ád medicum, & curare, & ſanitatem præſtare. Non autem occidere attinet medico. Sed heu infiniti inſcitia medicorum perierunt, de quo abunde in de erroribus dixi. Merito improperatur illud nobis Ieremiæ: Nunquid non eſt reſina in Galaad, aut medicus non eſt ibi? O principes & rectores, q̃ cupidi eſtis uitæ, ſed quàm paruam adhibetis curam uobis & ſubditis? pedibus ambulatis ignorantum, oculis cernitis aliorum, qui ſunt orbati oculis mentis, occiditur æger, non morit. Recte igitur ab ipſo M. Catone Cenſorio medici tales, carnifices dicti, ob ſecãdi urendiq; ſæuitiam, cum ſua medicina reprobati, urbe Roma & Italia pulſi ſunt Anno urbis ſexcenteſimoquinto, eosq; non artifices ſanitatis, ſed hominum carnifices, ipſe M. Cato tunc cenſor omnium, optimorum princeps, cenſuit. Sed qa mihi cum medicis eſt oratio, interrogo uos practicos: In lapſu anomalum complexionum, ubi concluſa eſt materia aliqua, nõ euentata, cum ut ſolet accidere, accidentalis calor moleſtat patientem, licet morbus ſit ex chronicis & frigidis, ut in morbo Franciæ: tu morbo & ſyntomato uis obuiare uno remedio, ordinas inciſiua ſubtiliatiua, ordinas in eodem infrigidantia ad refrenandum. Sed quæſo dic mihi, nonne infrigidantia tantum condenſant, quãtum medicina ſubtiliatiua incidit aut reſoluit? Quæ igitur utilitas? Quid facis, niſi texas telam Penelopes, & patientem moleſtas multo tempore, ut ſumptus fruſtra expendat? Nonne legiſti apud Galenum, Difficilimum eſt inuenire quod plurimum

Iere. 8

Medici Roma expulſi ſunt quare

Prouerbiũ

profit, obſit autem nihil? Hæc in febribus, hæc in pectoralibus intus & extra, quidam minus docti in medicina quotidie practicãt: quibus fuiſſet melius, in ea arte nihil unquam didiciſſe, ut uno ſaltem oculo in uitam intrarent, & non duobus, ſcilicet oculo doctrinæ in gehennam. Sed quid his miſeris iraſcimur? ueritatis magiſtri aliqui inuenti ſunt, qui etiã in foribus claudicant & delinquunt, qui in omĩ purgatione melancholię ordinant receptas. Matth. 18

Cap. XVI. De erroribus metallium medicinarum.

EX his uidelicet, ex lapide armeno, & lapide lazuli. Lapis autem armenus nec uiſus eſt ante annos mille, & tamen in pſalterijs medicorum canitur, quo quid ſtultius? Medici autem Germaniæ, ſi non ſomnolenter attenderent, inuenirent hunc lapidem & eius mineram in Germania, & in tanta copia, ut etiam domus ex eo fabricarentur. Veniam autem merentur Itali medici, cum mineras non habent. noſtri autem deſides nihil inquirunt, niſi maſticata deguſtare, nõ deglutire. Dic mihi, lapis aut minera in confinijs noſtris, ſcilicet Iſlebum & Heſtede, quid diſtat ab armeno? Et ut uerbis utar inferioris aſtrologiæ, ſubtrahe Venerẽ à coniuncto, & remanet tibi flos puriſſimus lunaris, non inducens uomitum aut nauſeam. Itidem fiat cum lapide lazuli. Nec attendas Raſim ſexto

Lapis armenus in Germania inuentur

Lapis Armenus zu Iſleben repertus

continentis, ubi dicit: Inferior pars lapidis lazuli, eſt lapis armenus, quod falſum cõuincitur: Primo, quia ſuperior pars, crudaria uena dicitur. Secundo, quia lazuli plus habet de Luna, minus uero de Venere. Econtra eſt cum armeno: plus habet de Venere, minus de Luna. Quare rota retrograda melius dixiſſet Raſis: Cum tamen una non ſit uena, ſed diuerſæ. Et in hoc falluntur omnes ſcribentes de his, Io. Meſue, & Lumen apothecariorum, uolentes deſcribere uenam ipſius ex loco uno, cum nil ſit per-
Sneberch petuum in iſtis, ſicut uidemus ad oculum: Mons niuis noſtro tempore in magno pcio fuit, nunc parũ de eo reſtat. Quare de una uena dare regulas communes, non eſt ſapientis. Modos autem præparandi ego deſcripſi. Et ſi millesies huiuſmodi lapides lauarentur, ſemper tamen in eadem diſpoſitione remanerent, cum ſint homogeneæ naturæ. Illo errore etiam capitur Iohannes Meſue, de ſale nitri capitulo baurac, & Lumen apothecariorum, credentes ſal petræ eſſe genus nitri: de quo non ſatis admirari ualeo, rem ex putredine genitam, ſulfuream, uenenoſam, & naturæ humanæ inimicam, quæ ſit naturæ compingentis & cõſtringẽtis & corrodẽtis, ſtare debere loco abſterſiuarum & mundificantium medicinarum. De quo & alchimici omnes errant, ponentes ſal petræ & ſal nitri, unum & idem eſſe. Caueat ſibi aromatarius, ne ſeducat autoritate ſcribentium: nunquam ipſo utatur, ſi ſaltem uoluerit ſaluare conſcientiam. Videant medici, ne incidãt in uatem dicentem:

Ruſticus es, neſcis quid Græco nomine dicat.

Spuma uocor nitri, dicor & affro nitrum.
Quid aũt ſit nitrum, quid ſal Indi, unde pillulæ Indi nomen habent, in libro de erroribus dicet. Illo etiã errore capitur Gentilis, ſup iij. Auicen. de ſpeciebus thuciæ, non exponens thucię gñа: & oẽs medici antiqui & iuniores, in hoc hęſitauerũt. quare Galenus princeps ix. ſim. tract. iij. ca. viij. Mallem, inqt, ſi poſſem, confectiones editas ab antiquioribus metalliũ medicinarũ delere. O medice, collyrio inunge oculos tuos ut uideas. Cadimiam dic; thuciam, climiã dicis thuciã pompholigã, ſpodiũ dicis thuciã, calaminarẽ antimoniũ, nigrã thuciã dicis. Quot igitur ſunt ſpecies thucię? In ægritudinibꝰ oculorũ, thucia obtinet principatũ & ſtibiũ. Sed medici noſtri temporis unã ſaltẽ habent thuciã, ſi ſaltẽ thucia appellari debet, cũ ſit res facticia ex calaminari & plũbo calcinato. Germania plures thuciæ ſpẽs habet. Italia autẽ & Francia & Hiſpania non habent, niſi illã unicã facticiã: hãc ſibi cõparant noſtri aromatarij. Medici his fidẽ præſtãt. Et cuius copiam habemus apud nos, magno p̃cio miſeri mercamur apud exteros. Male exponit Gentilis, climiã eſſe thuciã, cum thucia fiat ex ea. Lege principẽ capitulo ꝓprio. Cadimia non eſt thucia, ut oẽs exponũt, Pandectarius & Seruitor & horũ ſequaces. Vide Galenũ de ingenio per totum. Vide Raſim xiij. cõtinentis, & inuenies ſæpius cadimiã & thuciã in una & eadẽ Recepta. Sæpius etiã ſpodium errore interpretum ponitur pro thucia. Vt uulua non fiat humida in coitibus, Recipe gallas omphacinas ſpodij, intelligens per ſpodium thuciam, ut habetur libro de facile ac-

Thuciæ genera.

Apoca. 3.

quiſibilibus. Et aliqui errore marchaſitam ponunt thuciam fore, ut Galenus nono ſimplicium medi. Sed et dum lapis pyrites conflatur, fit thucia: imò & ſine fornace in Cypro thucia inuenitur. Non puto Galenum principem adeo deſipuiſſe, ut huiuſmodi ſcriberet, niſi foret error interpretis, cum ex pyrite impoſſibile eſt fieri thuciam. Sed deceptus eſt interpres, qui lapidem ærarium pro pyrite poſuit, cum unius coloris reperiantur. Et ſine fornace thuciam inueniri non eſt probabile, niſi quis calaminarem uoluerit eſſe thuciã. Et propter ignorantiam aſtrologiæ iuferioris, Montagnana iubar totius Italiæ, marchaſitam lapidem molarem dicit, cum princeps Auicenna de his diſtincta faciat capitula. Et marchaſita ſublimatur, & magneſia ſimiliter, & thucia ſublimatur, non illa quæ factitia eſt, ſed illa quæ apud nos eſt ſine precio propter obtuſos. Et ſi tu ſuſtuleris thuciam factitiam & calaminarem & ſtibium & marchaſitam, adhuc remanent ſpecies thuciæ apud illuſtres medicos, quorum omnium copiam inuenies in Germania. Et Gentilis exponẽs ibidẽ de ægritudinibus oculorum: Ponantur, inquit Auicenna in thenor, dicit eſſe uás alchimicum. Cum riſu miror de Gentili, cum ſæpius incidat in hunc laqueum, de fundo furni thenor, & de furno kaiſcherien, de cura aſclitis, & in multis locis. Montagnana etiam illuſtris, minus digne carpit principem noſtrum Auicennam de mandragora. Nam quod Auicenna de floribus mandragoræ interpres de radice ſcripſit, iuxta uatis celeberrimi Co

Pyrites lapis

Carpitur Gentilis

Error Mõtagnane

lumellæ teſtimonium de hortis:

Quamuis ſemihominis ueſano gramine fœta, Columella
Mandragoræ pariat flores, mœſtamq; cicutam.

Nonnulli etiam medici ex Italis, ſuperioribus his diebus auſi ſunt in præclarum principem Auicennam fulminare: nunc de erratis in plantis, nunc de morborum nominibus rixantur, qui id plus licenter poſſent in eius interpretem, cum & ipſe interpres egeat interprete, in his etiam quæ canonis ſunt, ut ibi: Acetum autem commune uidetur omnibus materijs, In calida autem non eligatur ſupra ipſum. Quæ uerba iuxta ſonum literæ, ab acutioribus etiam non perpenduntur, prima fen tertij. & iterum xiij. tertij de corruptione digeſtionis. Et neceſſariũ quidē eſt in ordine, ut permittat leuis ſupra grauem, & leuis ſupra ſtipricum. Rectius dixiſſet, præmittatur leuis graui cibo. Et ibidem: Et bibatur parum ex eis pertranſit. Quod autem impugnator dicit, Galenum in omnibus libris non poſuiſſe curam formicę per graphium aut per pennā, non ſatis admirari ualeo quomodo habuit oculos uelatos. Galenus nanq; decimoquarto de ingenio: Quicunque aſinechi nihil inueniunt plus ſibi, & ſi per totam uitam decem millium operum medicinalium inſpectores fiant, ualde multa deniq; excogitantur uſque hodie, nunquam ab anterioribus inuenta. Quemadmodum quis in Roma excogitauit ſanare per os acrocordines & formicas? Lege decimumſeptimum capitulum per totum, & curā formicæ inuenies cum ferro. Auicenna autem no-

ſter infinita poſuit, medico ut medico non neceſſa ria. Sed ad eius perfectionem nihil intactum reliquit. Præclara etiam multa iacēt in dictis ſuis, quæ non cognoſcuntur, niſi prius ſint cognita: nec intelliguntur, niſi prius ſint intellecta: quoniam ars medicinalis ad nobiles ſpectat, & nobilium eſt, nec à plebeia fæce deprehenditur. Sed de chirurgia quæ longe ante phyſicam floruit, nunc modicum philoſophemur. In uulneribus putridis & ſe rodentibus, egemus flore æris, ære uſto, ceruſa, litargyro, plumbo uſto. Aeris autem flos diuerſimode conficitur. Aliqui laminas æris commiſcent raſpis uuarum, aliqui apponunt lupulum & alia. Sed pro acumine quidam accipiunt calcem uiuam, quidam caſeum mollem, quidam lac acetoſum, quidam cretam. Chirurgicus ob id operans, non eandem inueniet in uulneribus operationem, ſed ſæpius ſe deluſum inueniet ex diuerſitate ziniar. Itidem inueniet in ceruſa. Quapropter princeps capitulo proprio: Quandoq; uero fiunt omnes ceruſæ cum aceto, & quandoq; cum ſalibus, & quandoq; fiunt pluribus modis, ſecundum quod ſcitur in libris huius artis. Quàm prudenter igitur antiqui in his ambulabāt, inueſtigabant omnia iſta uſq; ad minima. Sed deſidia ſeu ignorantia multorum profundior, quàm ſit ꝓfunditas maris, inquiſitores ueritatis ſubſannat. hoc quidem pallio putant ſe poſſe contegere ignorantias ſuas, & in hac ignorantia ſua quieſcunt.

Chirurgia

Cap. XVII. De ultramarinis & precioſis, & de errore eorum.

DE ultramarinis parum commemorabimus in utilitatem Germaniæ. Maxima eſt ambiguitas in collectione radicum, aliarumq́ plantarum ultramarinarum, cum plãtæ, ſi non debito tempore fuerint collectæ, uirtutem nullam aut paruam habent. Inquit Meſue: Coloquintida non completa ſolutione, educit ſanguinem & fortaſſe interficit. Tempus collectionis eius eſt autumnus, dum iam citrineſcit, & remouetur uiriditas ipſius. Et cum ſigillatur ex toto germine plantæ, ut naſcatur coloquintida una, eſt illa mala pernicioſa, imò eſt uenenum. Et cum in tota regione non eſt niſi planta eius una per ſe naſcens, eſt mala. Et quæ naſcitur in terris fortibus & puluerulẽtis, aut iuxta loca reptilium aut in locis thermarum, coloquintidas facit minores, & ſunt ſimiliter malæ. Et ſcias cum extrahitur pulpa eius, tempus debilitat eam. Et de agarico ſcis quòd maſculus eſt malus, & antiquum eſt uenenum, ut dicitur. In ſcamonea autem fides ſigillorum perijt, quare relinquitur aromatario ut cognoſcat, nõ ex parte ſigilli, ſed à ſubſtantia In his ultramarinis multa ſunt timenda: uel quia in naui ſunt ſuffocata, & ſubmerſa in lacuna nauis, uel inueterata, uel non collecta debito tempore, uel ſophiſticata, ut ſunt gũmæ quaſi omnes: uel quod ſępius accidit, à uenenoſis reptilibus inhabitata, & cũ ueneno illorũ intoxicata, q̃ oia grande opant malũ. Vegetabilia etiã uelocẽ hñt mortẽ, in

Scammonij in colligendo obſeruationes neceſſariæ

antiqua uitare oportet omnifaria, non ſolum in his, ſed etiam in alijs pharmacijs, quæcunque ſucci & opera & flores & fructus & frondes & radices & ſemina ſunt, cum deinde & metallica quandoq; diuturna facta diſſoluantur uirtutibus, Memiri primo de alopecia. Vigili igit cura medicus aduertere debet ad has plātas noſtri orbis, cū in maiori recentia & efficacia talia oīa haberi poſſunt, & cū minori periculo. Nam ſi tu reſpicis medicinas non conſolatas, coloquintidā, euphorbiū, nō ſunt magis ſaluti-feræ aut minoris nocumenti, q̄ mezereon aut eſula minor. Luff enim & iris ſunt efficaciç non minoris, quàm turbith, aut agaricus malus, aut ſcamonea de contrata coraſceni, & turbith niger, aut coloquintida ſingularis in planta ſua. Nonne ſunt à quibus elongari oportet? Vos alloquor medicos ultramarinos cum riſu: Si mare congelaretur, aut uia maris guerris concluderetur, aut naufragio perirent cum mercibus ueſtris ultramarinis, quid faceres ægrotantibus? Nonne ars ſimul cum ſuo autore inutilis eſſet? Vah de deſidia illorum aut uerius ſtultitia, qui ad ſyluas ligna deferunt: quia maiorem copiam habemus plantarum & mineralium, quàm totus habet mundus. Si armoniacum non habemus, ſplenis tumorem non curabimus? Si bdellium, hulcera interiorum manebunt? Si ſanguinem draconis non habemus, mumiam, ſumach & alia, nec ſanguinem reſtringemus, aut fluxum quemcunque? niſi muſcus & ſanguis putridus eſſet gazelorum, aut ambragriſia, non habebimus re-

Noſtrę regionis herbę noſtris corporib' magis cōgruunt

medià idonea capiti, quæ exhauriunt ſenſim Germaniam? Et tantum ualent, quantum uendi poſſunt. Reuera ex eiſdem literis fit comœdia & tragœdia. Cur inopes opprimis inutilibus expenſis, & in cunctis ferme receptis ordinas hæc aut ſimilia, & fragmenta precioſorum lapidum in om̃i medicina cordis applicas, quæ noſtro iam ſeculo adeo uitiata ſunt, ut etiam ingenioſos decipiāt. Nam uitrum tinctum licet faciliter fraus lima & pondere deprehendatur, in cryſtallo autem & ſubtilioribus artificijs etiam ab expertiſſimo deprehendi nequit. Quare Montagnana illuſtris in conſilio miſſo illuſtriſſimo principi & domino, domino duci Ludouico comiti palatino Rhenen̄ inquit; Solent autem regibus, ducibus & magnis prælatis ad hæc & ſimilia compoſita adiungi mineralia, ut hyacinthus, ſmaragdus, ſapphirus, limatura auri &c̄. Quæ qualiter & quantum ſint neceſſaria, non uitupero, nec talia multæ neceſſitatis eſſe credo. Lege ibidem. Prouerbium.

Sed diceret mihi medicus ultramarinus: Vti ſermo, ſic exornandus eſt cibus quo aſſidue utimur, quo à brutis diſtinguimur. Pocula ac cibos à natura paratos, aromaticis & ultramarinis nobilitamus, & multa alia facimus, ut oculis potius & urbanitati, quàm corpori tetro ſeruiamus: quare ultramarina non ſunt omnino uilipendenda.

Ad hæc & uoluptates tuas, quæ multos perdidit

nobis minatur interitum. Hæc etiam uera luxuriæ æſtimata eſt gloria, habere quod poſſet ſtatim totum perire. Sed quantum conducat corpori noſtro, audi tubam ueritatis ſuper quarta particula, commento illo, Ad helleboros his qui nõ facile ſurſum purgantur: Ille, inquit, ſolus cibus eſt, qui omni caret ſiccitate, acredine, põticitate, ſalſedine & amaritudine: & fortaſſis non eſt uocandus cibus abſolute, ſed medicinalis cibus maxime. Solus ergo cibus ſine cuiuslibet rei additamentis, naturaliter humectat ſubſtantialia membra corporis, requies uero accidentaliter. Hæc ille. Nihil adeo conduceret

Nota. Germaniæ & ſaluti reipublicæ, quàm interdicere ultramarina, & ex toto prohibere ſaltem ad decem annos illa, quæ precio à prædonibus aucta ſunt, ut eſt crocus, cubebæ & alia aromatica: quoniam niſi ſic, ſtatim Germania ducetur ad amara littora paupertatis. De quibuſdam erroribus ſacrarum literarum propoſui mentionem facere. Sed uereor ne mittam lapidem in aceruum Mercurij. Erat autem locus de electro in Ezechiele, et

Ezec.1.7.8 de ſtibio in Regum, & de borith
4. Reg.9. & nitro. Tempus autem
Iere.4. abeundi nobis
Ezec.1. eſt, huic
ope-
ri ſatis prata biberunt.

Cõcluſio operis, ⁊ æmulos fiducialiter hortatur ad pugnam literarum.

PROTELAVI princeps illuſtriſſime has lucubratiunculas modicas in tyrones Germaniæ & in garrulos, quorum uerba ſuperſunt, & deeſt medendi ratio. Qui licet errata caſtigare propter imperitiam nequeãt, ſuis tamen opiniõibus ceruicoſa animoſitate nimis credunt. Tyriacam ipſam Andromachi ſingularem medicinam prædicabunt, & de eo laudes innumeras decantabunt. Quamobrem ſint iſta, ut rerum naturæ libuit, alijs certa, alijs dubia, alijs probata, alijs damnanda. In aperto patet, difficultates & ambages ipſa compoſitio habeat, quod infiniti errores ex incuria & negligentia medicorum admiſſi ſunt, nec ab aliquo deprehenſi. Maledicis etiam uultum (ut dici ſolet) per fene-

Alphonſus rex. Ferdinandus rex. Matthæus Sulmonēſis.

Cui malo frenum imponere uolens illuſtriſſimus Alphonſus Siciliæ & Ieruſalem rex, & poſt illum illuſtriſſimus rex Ferdinandus, medicum nullum in practicam admiſerunt, niſi & is denuo examine comprobatus per illuſtrem phyſicum Matthæum de Sulmona, quem ipſe noui cum pignoribus & filijs ſuis medicinæ inquiſitoribus, mihi amiciſſimis, cum & tunc in chirurgia me Sulmone exercitabam & ea parte Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, ſub doctore & præceptore meo magiſtro Butio de Trincis: quem facile, ut pace aliorum dixerim, principem medicorum Italiæ appellauerim. Quare euenit ut practicari uolenti, inquireretur ab eo: Habes literam practicæ? Reſtiti etiam multis annis ultramontanis promotionibus, qui inſignia trecentis, uel ad minus ducentis ſibi comparant. Ego, inquam ſæpius, te tanti non emam gloria uana, & auribus inflatio magna. Id autem quod multis annis recuſaui, iure & legitime potui. Velle enim & nolle mihi adiacebant. Linguam itaque machæram acutam contineant ſcioli muſcitantes, & me præceptorem ſuum aliquando cognoſcant. & ſi meliores epulas nouerint, in medium proferant, & me aliquando conuiua utantur. Perinde nec ab eis ueniam poſtulo, ſed pugnam. Præambula ſint hæc noſtra monumenta futurorum fulminum. Faueo ipſis & poſteris mecum decertaturis, ut ſpero, dummodo aperto marte & non ſiccariorum more certauerint:

Roma. 7.

Horatius.

Pugna ſuum finem, dum iacet hoſtis, habet.

Nec princeps noſter Galenus his obtrectatoribus caruit, aut Hippocrates ſidus ſplẽdidiſſimum, quin diceret: Vulgus peritum medicum ab imperito diſcernere nequit. Stimulus ſum & excitamentum tyronum Germaniæ in ſalutem reipublicæ. Gratiam ob id mihi omnes, non odium habebunt, quod eos illumino, & de tenebris ignorantiæ deduco. Addo præterea: Si deus mihi uitam annuerit, practicam ſalutarem componam de ſingulis ægritudinibus à capite uſque ad plantas, ex his noſtri orbis, refutando omnia precioſa & ultramarina, prout multis iam annis experimento didici. Quod & utilis ille Galenus diligenter attentauit libro de facile acquiſibilibus. Quę res quantum Germaniæ noſtrę cõducere poſſet, neminem mediocris ingenij uirum latere puto. Nota

Principi Illuſtriſſimo mittit munera.

HAbes princeps illuſtriſſime lucubratiunculas has modicas huius inſtantis morbi, cum nõnullis annexis dubijs. Quas quæſo benigno ac grato animo ſuſcipito. Nam & illas cum celeritate aggregaui, tortuoſeꝗ collegi in codicem: non eo ornatu ut uolui, ſed prout me temporis anguſtiæ coegerunt. Si qui autem uel errata, uel truncata, uel obmiſſa in his deprehenderint, dent celeritati ueniam, & erratis ignoſcant. Nam & qui habiti ſunt mortalium ſapientiſſimi, multa quidem ſciſſe dicuntur, non omnia.

Vale.

Deo viuo refert gratias

Gratias largitori omnium referimus, cuius auxilio omnis doctrina recipit perfectionem, ſine quo errores & tenebræ concreantur mortalibus. Ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE